JO. CHRISTIANI BIEL, ... NOVUS THESAURUS PHILOLOGICUS; SIVE LEXICON...

Digitized by Google

b
3 M
6
1 G
8
10
A
56
6-1-6-39-41-fila 2a.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVUS THESAURUS PHILOLOGICUS.

PARS PRIMA.

Digitized by Google

Digitized by Google

JO. CHRISTIANI BIEL,
PAST. QUOND. AD D. ULRIC. ET JOAN. BRUNSVIC.

NOVUS THESAURUS PHILOLOGICUS;

SIVE

LEXICON IN LXX ET ALIOS INTERPRETES ET SCRIPTORES APOCRYPHOS VETERIS TESTAMENTI.

Ex B. Autoris MSCTO edidit ac præfatus est

E. H. MUTZENBECHER,
V. D. M. ECCL. LUTH. HAGANÆ.

PARS PRIMA

A — E.

HAGÆ COMITUM,
SUMTIBUS J. A. BOUVINK,
MDCCLXXIX.

Digitized by Google

Bibliopola ea tantum exemplaria genuina esse declarat, quibus nomen suum apposuit.



Digitized by Google

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
PERILLUSTRI

PETRO VAN BLEISWYK, JCTO.

REIPUBLICÆ HOLLANDICÆ AC WESTFRISICÆ CONSILIARIO AC SYNDICO SUPREMO. MAGNI SIGILLI CUSTODI. FEUDORUM PRÆSIDI, SCRINIORUMQUE FEUDALIUM MAGISTRO. ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ CURATORI DIGNISSIMO.

Patriæ et Eccleſiæ, Virtutis et Doctrinæ Cultori ac Fautori Magno &c. &c. &c.

VIR ILLUSTRISSIME.

Inter omnes, qui litteras græcas hodie vel publicè vel privatim excolunt, paucos oppido reperiri, qui eas melius, quam Doctiſſimus Laborioſusque BIELIUS intelligant, ſibique reddiderint magis familiares, non ſolum Celeberrimus ille ERNESTI & MICHAËLIS, nec non alii viri docti in Annalibus Germanicis variis jam abundè teſtati ſunt, verum etiam ex

Digitized by Google

conſecrare, gnarus talia ſtudia & ſcripta tibi non omnino improbari.

En ergo! VIR AMPLISSIME, hoc a nobis noſtræ erga te obſervantiæ monumentum. —— Accipe, quæſo, hoc animi grati Patris mei τεκμηριον, propter tuam erga ipſum benevolentiam. —— Accipe, ſi placet, hoc teſtimonium meæ erga te venerationis, cum hoc tibi dicatum ſacratumque pignus offero.

Plurimas & eximias animi tui dotes cum aliis & aliorum more hic etiam lubenter extollerem, VIR ILLUSTRISSIME; niſi ſcirem te multo facilius laude digna facere, quam laudes, licet meritas, audire: Nunc ergo me oportet ſilentio, quæ dicenda haberem, premere, ne modeſtiæ tuæ gravis ſim.

Potius in voto deſino, & Deum ter Optimum Maximum oro, ut te diutiſſimè Patriæ & Eccleſiæ laboranti, ſervet incolumem! Votisque ipſum ſupplicibus veneror,

Digitized by Google

neror, ut te ſpiritu ſublimis ſapientiæ, prudentiæ, fortitudinis & reverentiæ ſui perpetuò regat! Ut creſcat, te curante, decus & augeatur felicitas Academiæ Lugduno-Batavæ! —— Et denique, ut ea, quæ pretioſiſſima mortalibus largitur, in te tuaque omnia copioſiſſimè effundat, ſemper orabo.

VIR ILLUSTRISSIME!

Tuus humillimus & Obſervantiſſimus Cultor.

JOHANNES WILHELMUS BOUVINK,
PASTOR VOORSCHOTANUS.

Scribebam in Voorſchoten
ipſis Idibus Martiis
MDCCLXXIX.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

E. H. MUTZENBECHER.

Prodit tandem in lucem diu & avide a Viris doctis expectatum Lexicon Viri græce doctiſſimi *Jo. Chriſt. Bielii in LXX & alios Interpretes & Scriptores apocryphos V. T.* & prodit tale, quale ex τῦ μακαρίτȣ ſchedis accepimus. Cujus conſilii rationes antequam exponam, non abs re eſſe duco, paucis L. B. docere, quæ me occaſio ad Editoris partes ſuſcipiendas vocarit.

Cum ante hos quatuor fere annos ſingulari providentiæ divinæ nutu Goettinga Hagam Comitum evocatus eſſem, ut hic apud cœtum Lutheranorum ſacra facerem, S. V. *Jeruſalem*, inſigne Germaniæ decus, primus injecit mentionem de quærendo in Batavis librario, qui, quod multi, ſique primarii in Germania librarii ſuis aliorumque inter Germanos celeberrimorum virorum precibus negarant, ſumtus ad hunc Theſaurum edendum ſuppeditaret. Quod Viri ſummi conſilium cum S. V. *Nicolao Barkey*, Theologiæ Profeſſore & Eccleſiaſte Hagano, communicatum huic ita arriſit, ut pro ardenti ſuo in omne literarum genus ſtudio, *Bouvinkium*, Bibliopolarum Haganorum non poſtremum auctoritate ſua impellerit, ad *Bielianum* opus eo, quo nunc prodit, nitore, ex-

cudendum. Huic igitur inprimis græcarum literarum ſtudioſi, ſi grati eſſe velint, operis editionem acceptam referre debent, præſertim cum idem ultra progreſſus, ne moleſtiam quidem ſpeciminum typographicorum mecum inſpiciendorum refugerit. Verum cum minutæ literarum hebræarum græcarumque formæ optimi ſenis oculos fatigarent & multæ graviſſimæ cum muneris tum ſtudiorum occupationes illum huic rei vacare haud ſinerent, totam operis curam mihi delegavit. *Bielianum* autem opus ad me transmiſit tali patre dignus filius *C. A. Bielius*, Jctus, & Curiæ juridicæ Guelpherbytanæ adſeſſor, Vir mihi amiciſſimus. Ipſam adeo Autoris orthographiam religioſe ſervavi, nec quicquam mihi juris arrogavi in opere, quod ille tot annis tanto ſtudio elaboraſſet.

Non ignoro quidem, per hos triginta quatuor annos, quibus *Bielii* Lexicon, quamvis jam anno hujus ſeculi quadrageſimo quinto abſolutum, in ſchedis jacuit, Criticæ ſacræ tam Vet. quam N. Fœderis eruditiſſimorum virorum ſcriptis multum affuſum eſſe lucis, qua ſi *Bielio* noſtro jam frui licuiſſet, opus ſuum mirum in modum emendare & locupletare potuiſſet. Ac fuit Vir eruditiſſimus inter Germanos, cui *Bielianus* theſaurus his novis ſubſidiis ornandus & amplificandus videretur. Sed ne dicam, me ſaltem eum non eſſe, qui hic loci & in hoc meo muneris vitæque genere quædam afferre poſſet, *Bieliano* opere digna, (pannum vero unum alterumve ſplendidæ veſti aſſuere religio vetat) ipſe inprimis ab hoc con-

consilio nos deterruit metus, ne sic in infinitum quasi excresceret suapte natura jam satis amplum & copiosum opus. Et quid aliud, nisi libri moles Germanos librarios, quibus non semel oblatus est, ab eo literarum formulis exscribendo revocavit? Præterea cum opus veræ philologiæ studiosis maxime inservire possit, ratio ineunda erat, ut modico pretio possit ab omnibus comparari. Quid? quod ipsi in hac re judices peritissimi (inter quos unum illustrem *Michaëlis* nominasse satis sit) optimum putarunt, *Bielii* opus nec auctum nec mutatum, i. e. quale auctor reliquisset, in lucem proferri. Ac sane eam habet præstantiam, ut nativa sua forma, spretis aliorum lenociniis, placere audeat. Ipsi adeo in arte critica, sacra inprimis, apud Germanos exercitatissimi viri *Ernesti*, *Michaëlis*, *Tellerus*, aliique editionem Lexici, quod ex specimine, *Exercitationi* adjecto, *de Ligno ex Libano ad templum Hierosolymitanum ædificandum petitis Brunsvigæ* 1740. 4°. satis cognorant, publice privatimque optarunt. Utantur igitur Philologiæ sacræ cultores hoc opere, quale id auctor ipse illorum usui pararat. Quicunque autem longius in hoc genere sunt provecti, peculiaribus libellis, si ita videatur, illud vel augeant, vel emendent. Ita futurum auguramur, ut plurium doctorum studiis conjunctis Clavem, qua adhuc caremus, in LXX & reliquos V. T. græcos interpretes omnibus numeris perfectam habeamus.

Ipsum studium LXX. interpretum, quod paucis demum abhinc annis vehementius quam unquam

celebrari cœpit, *Bielfano* opere multum juvari posse omnes fatebuntur. Sed & N. T. libri multum inde illustrantur, cum *Bielius* præcipuas quasque voces ac loquendi formulas ex LXX. Intpp. in N. T. derivatas solerter notaverit multisque adeo locis N. T. multum lucis attulerit. Cujus rei exempla ipse nuper dedi in *Specimine illustrationum Variorum N. T. Locorum ex b. Bielii Thesauro philologico*, quod *Fasciculo primo classis secundæ Symbolarum litterariarum Haganarum* inseruit V. S. R. *Barkey* pag. 1 seqq.

Judicium vero de hoc Opere meum interponere quid attinet, cum ipse *Bielius* in præfatione *Exercitationis* supra dictæ de illo vere & accurate statuerit? Cujus verba hic addere non alienum puto.

„ Cum jam in eo sim," inquit," ut *NOVUM*
„ *THESAURUM PHILOLOGICUM*, sive *LE-*
„ *XICON IN LXX. ET ALIOS INTERPRE-*
„ *TES APOCRYPHOS* V. T. longe plenius
„ & auctius, quam Cl. IO. ANDREAS KESLERUS
„ in Appendice Criticæ Sacræ EDUARDI LEIGH,
„ aliique B. FABRICIO Bibl. Græc. Vol. X. p. 94.
„ sq. laudati, ediderunt, condam, illudque pre-
„ lo fere paratum habeam, *SPECIMINA* quædam
„ inde addere, visum est. In illo autem Lexico
„ omnes voces apud dictos Interpretes & Scri-
„ ptores Apocryphos V. T. occurrentes juxta
„ literarum seriem exhibeo. Singulas autem ini-
„ tio quidem ita expono, ut primo statim obtu-
„ tu appareat, quid significent, & quibus signifi-
„ catio-

„ cationibus apud eosdem Interpretes & Scripto-
„ res veniant. Deinde, ſi voces, apud LXX.
„ & alios Græcos V. T. Interpretes occurrentes,
„ ſpectemus, Hebræas vel Chaldæas illis reſpon-
„ dentes ad ductum Concordantiarum Trommia-
„ narum, ordine rurſus Alphabetico, infero, &
„ loca quædam, quibus occurrunt, & e quibus
„ earundem ſignificationes & ſtructuræ perſpici
„ poſſunt, ſubjungo. Sique in Græcis vocibus
„ quædam inveniantur, quibus Hebrææ vel Chal-
„ dææ non apud LXX. ſed in *Aquilæ*, *Symma-*
„ *chi*, *Theodotionis*, & ceterorum Interpretum
„ fragmentis tantum expreſſæ ſunt, vel etiam,
„ quæ in Scriptoribus Apocryphis alio ſignifica-
„ tu, vel alia conſtructione, quam apud Inter-
„ pretes Græcos leguntur, loca eo ſpectantia in
„ fine cujusque vocis addo. Inque illis, quæ in
„ laudatorum Interpretum fragmentis reperiun-
„ tur, haut exiguo mihi uſui fuit ſummi Viri,
„ BERNARDI DE MONTFAUCON Lexicon Græco-
„ Hebraicum, reliquiis Hexaplorum *ORIGE-*
„ *NIS*, Pariſ. 1713. fol. editis, ſubjunctum,
„ & ad calcem Concordantiarum Cl. TROMMII
„ repetitum. Neque omitto loca, quibus nul-
„ las in textu authentico voces Græcis reſpon-
„ dere deprehendi; præſertim ſi Græca vocabu-
„ la alia ibi notione, quam in reliquis locis,
„ uſurpentur, vel ad confirmandam ſignificatio-
„ nem vocum, alibi extantium, facere poſſint.
„ Præterea multas voces & phraſes, in ſubſidium
„ adhibitis exteris ſcriptoribus, Gloſſariis item
„ Græcis, tam editis, quam ineditis, antiquita-
„ tibus, imo & Philologis & Criticis præſtantiſſi-

 „ mis,

„ mis, expono, & cum illis ſubinde confero vo-
„ ces & phraſes, apud Scriptores Novi Fœderis
„ occurrentes. Cumque inter Gloſſaria Græca
„ HESYCHIUS magno mihi emolumento fuerit,
„ Gloſſæ, quas inde ſub titulo HESYCHII SACRI
„ aliquando edere conſtitui, hic maximam par-
„ tem comparebunt.

„ Minime autem Lexicon illud ex Concor-
„ dantiis ſolummodo Trommianis, & aliis Lexi-
„ cis Sacris, ſed ex ipſis etiam præſertim Inter-
„ pretibus Græcis, & Scriptoribus Apocryphis,
„ cum ſtudio quodam a me perlectis, me con-
„ cinnaſſe facile aliquis perſpiciet, qui voces
„ quasdam, vel in his Speciminibus extantes,
„ cum Concordantiis laudatis, & aliis Lexicis Sa-
„ cris contulerit. Sic e. c. quæ in v. Ἴσος
„ ex Job. V, 14. XIII, 28. XV, 16. XXIX,
„ 14. it. Job. XI, 12. XIII, 12. XXVIII, 2. in
„ Λόγον ἔχω ex Tob. V, 26. & X, 14. in v.
„ Μετὰ ex Eſ. LII, 3. Prov. XXIV, 12. 1 Reg.
„ II, 28. 1 Par. XVII, 2. Jud. VI, 12. 2 Reg.
„ VII, 3. Deut. XXXI, 10. & in v. Ὅτι ex Job.
„ XXXIII, 3. Pſalm. LVIII, 18. 3 Reg. I, 13.
„ Gen. XIV, 23. XX, 2. Pſalm. XXXVI, 20.
„ Jud. I, 19. Eſ. II, 6. Jud. XV, 3. 1 Reg.
„ II, 25. Pſalm. CXV, 1. Eſ. X, 23. 1 Reg.
„ XIV, 39. Exod. XIII, 17. 1 Paral. XVII, 6.
„ allata & citata ſunt, in Concordantiis Trom-
„ mianis & aliis Lexicis fruſtra quæruntur.

„ Quantum ad utilitatem hujus Lexici, illam
„ nemo, credo, in dubium vocabit. Primo
„ enim ad Alexandrinos, quorum verſionem ad
„ intelligendum textum Hebræum utilem impri-

„ nis,

„ mis, imo neceſſariam judicarunt Viri Erudi-
„ tiſſimi, aliosque Interpretes Græcos, & ſcri-
„ ptores Apocryphos V. T. explicandos & illu-
„ ſtrandos haut parum faciet. Multumque ali-
„ quis de vocum ſignificationibus, quibus illæ
„ apud Græcos Interpretes reperiuntur, confir-
„ mari poterit, ſi ſtatim ex hoc Lexico videre
„ poſſit Hebræas & Chaldæas voces, quibus in
„ textu authentico reſpondent. E. c. quod vox
„ ἀγορὰ etiam *plateam*, λόγοι *prophetias*, νόμος
„ *canticum*, ὅτι *certe*, *profecto*, *quare*, φωτίζω,
„ *doceo*, ſignificent, de eo aliquis eo facilius
„ perſuadebitur, ſi videat, quod ἀγορὰ aliquan-
„ do Hebr. שׁיר & חוץ, λόγος נבואה, νόμος
„ שיר, ὅτι אך, אכן, למח, φωτίζω הירה, re-
„ ſpondeat.

„ Deinde cum Novi fœderis Scriptoribus mul-
„ ta ex Græca Alexandrinorum V. T. verſione
„ depromta, quin *omnia pæne eorum verba & la-*
„ *quendi formulæ*, docente Cel. SCHWARTZIO not.
„ ad OLEAR. de Stil. N. T. p. 294. *inde profe-*
„ *cta ſint*, manifeſtum, quod e Lexico, in quo
„ voces & phraſes Alexandrinorum Interpretum
„ paulo curatius explicantur & illuſtrantur, Scri-
„ ptores N. T. magnam lucem poſſint accipere.
„ Illudque vel ex Speciminibus, quæ nunc in
„ lucem prodeunt, jam haut obſcure apparere
„ puto. Vide, ſi placet, quæ v. Ἑτοιμάζω
„ ex Matth. XXV, 34. v. Θόρυβος ex Marc. V,
„ 38. & Matt. IX, 23. v. Καταφέρω ex Luc.
„ VI, 22. v. Λόγος ex 1 Theſſ. IV, 15. & Luc.

„ III,

„ III, 4. in Λόγον ποιέομαι ex Act. XX, 24. „ Μετὰ ex Marc. X, 30. v. Παραδίδωμι ex „ Rom. I, 28. v. Νόμος ex Joh. X, 34. XV, „ 25. v. Πρῶτος ex 1 Cor. XV, 3. v. Συγκλείω „ ex Rom. XI, 32. v. Συντελέω λόγον ex Rom. „ IX, 28. v. Τριετὴς ex Matth. II, 16. v. Ὑαλος „ ex Apoc. XXI, 18. 21. ſunt allegata.

„ Porro alii Theſauri Græcæ Linguæ, & Lexica tam ſacra, quam profana, magna augmenta inde poterunt capere, & Lexicon præſertim PASORIS, cujus noviſſima Editio, Cel. SCHOETTGENIO procurata, Titulo *omnibus vocibus* LXX. *aliorumque Græcorum Interpretum Apocryphorum item* V. T. *aucta* perhibetur, aliquot centuriis vocum longe pluribus autem earum ſignificationibus & phraſibus augeri poterit. Ut dictis aliquam fidem faciam, voces enarrabo, quæ in prima ſtatim litera Lexici illius deeſſe deprehendi. Sunt illæ numero 98. ſequentes: Ἅ ἁ. Ἀβαρὰ. Ἀγριολάχανα. Ἀγρώτης. Αἰσχύνωμα. Ἄκαν. Ἀκαριᾶιος. Ἀκιδωτός. Ἀκλεής. Ἀκλεῶς. Ἄκμα. Ἀλλοτρίως. Ἄλμα. Ἀμερής. Ἀμνησικακία. Ἀμορίτης. Ἄμυλος. Ἀμυντήριον. Ἀνάγλυφον. Ἀναχτάομαι. Ἀναχυλίζω. Ἀναληπτήρ. Ἀνάλωσις. Ἀναμεταξύ. Ἀναπήγνυμι. Ἀναπίνω. Ἀναπνεύμασις. Ἀναῤῥέομαι. Ἀναῤῥοφέω. Ἀναστέλλομαι. Ἀνάφυσις. Ἀνδρείως. Ἀνδρίς. Ἀνδρωδῶς. Ἀνελεημόνως. Ἀνελεημοσύνη. Ἀνενδεής. Ἀνθράκινος. Ἀνιῶμαι. Ἀνομοιογενής. Ἄνταρσις. Ἀντιδιακείμενος. Ἀντιδί-

„ τιδί-

„ τιδίδωμι. Ἀντίθετος. Ἀντικαθίζω. Ἀντιπρόσω-
„ πος. Ἀντίῤῥησις. Ἀντισταθμίζομαι. Ἀντιστρέ-
„ φω. Ἀντισχύω. Ἀξιοπρεπής. Ἀπαγγελία.
„ Ἀπαδικέω. Ἀπαναισχυντέω. Ἀπαραιτήτως.
„ Ἀπαυτομολέω. Ἀπειρημένος. Ἀπέχθεια. Ἀ-
„ πέχθομαι. Ἀπεψία. Ἄπλετος. Ἀποβάλλο-
„ μαι. Ἀποδύρομαι. Ἀποκέντησις. Ἀπολέγομαι.
„ Ἀπόλημμα. Ἀπομιτρόω. Ἀπόμοιρα. Ἀπο-
„ μοχθόω. Ἀποπάυω. Ἀποπετάζω. Ἀπόρησις.
„ Ἀποῤῥυέω. Ἀποσείομαι. Ἀποσκέπτομαι. Ἀ-
„ ποστέργω. Ἀποστρωννύω. Ἀποσυσκευάζω. Ἀπο-
„ σχέω. Ἀποτυγχάνω. Ἄρμα. Ἁρμονία. Ἁρ-
„ πῶμαι. Ἀρωματίζω. Ἀσέληνος. Ἀσθενῶς.
„ Ἀσινής. Ἀσκοπυτίνη. Ἀσμίζω. Ἀσπιδοφόρος.
„ Ἄστεκτος. Ἀστραγάλειος. Ἀστραγαλωτός. Ἀ-
„ τάρ. Αὐτοφόρος. Ἄφημαι. Ἄχραντος.

„ Augeri etiam & emendari inde aliquando
„ poterunt Concordantiæ Trommianæ, ſi denuo
„ illas alicui edere viſum fuerit.

„ Denique Gloſſaria Græca HESYCHII, SUIDÆ,
„ aliorumque, tam edita quam inedita, magnam
„ lucem, & in vocibus corruptis non raro medi-
„ cinam inde accipient.

„ Quo vero inſtituti mei rationem paulo pe-
„ nitus aliquis introſpicere, & de illa judicare
„ poſſit, dicti Lexici Specimina quædam, & qui-
„ dem ex ſingulis Alphabeti literis duas voces,
„ hac occaſione dare volui. Mirumque in mo-
„ dum & me, & alios, quorum uſui idem Lexi-
„ con illud deſtinatum eſt, ſibi obſtrictos red-

„ det, qui, ſi vel ſingulares obſervationes quas-
„ dam in voces & phraſes Græcorum interpre-
„ tum, & Scriptorum Apocryphorum V. T.
„ habeat, vel Gloſſas ineditas præter illas, qui-
„ bus mihimetipſi jam uti licet, poſſideat, illas
„ communicare mecum haut fuerit gravatus.
„ Uti autem mihi jam licet Gloſſis e Lexicis
„ duobus MStis CYRILLI. Alterum extat Oxonii in
„ Bodlejana inter Codices Baroccianos hoc titu-
„ lo: Λεξικὸν τῦ ἁγίυ Κυρίλλυ Ἀλεξανδρέυς, συν-
„ θετὲν παρὰ τῦ κυρίυ Ἀντωνίνυ τῦ φιλοσόφυ. Sunt-
„ que illi adjectæ (1) Λέξεις τῶν Προφητῶν (2)
„ Λέξεις Ἰεζεκιὴλ τῦ Προφήτυ. (3) Ἐκ τῦ
„ Ἡσαΐυ καὶ Ἱερεμίυ. (4) Ἐκ τῦ Ἐκκλησια-
„ στικῦ. Ita hic vocatur Eccleſiaſtes Salomonis.
„ (5) E quatuor Libris Regum, quæ conveniunt
„ cum illis, quas Celeberrimus FABRICIUS, ὁ νῦν
„ ἐν ἁγίοις, in Bibl. Græc. Vol. X. p. 67. ſq.
„ ex Codice, quem ex Bibliotheca B. D. ABR.
„ HINCKELMANNI poſſedit, publicavit. Et alteræ
„ ex alteris ſæpe emendari poſſunt. (6) Λέξεις
„ τῶν ᾠδῶν τῦ ψαλτῆρος. Sunt voces ex Canticis
„ Scripturæ. (7) Λέξεις τῆς Παναρέτυ. Ita
„ hic appellatur Sapientia Salomonis. (8) Ὀνό-
„ ματα τῶν Ἀποστόλων ἑρμηνευόμενα. (9) Λέξεις
„ τῶν Πράξεων. (10) Ex Epiſtola ad Hebræos.
„ Alterum in Bibliotheca Ampliſſimi Senatus
„ Bremenſis adſervatur. Ejusque uſum, quod
„ gratus profiteor, olim cum Bremæ agerem,
„ pro mirifico ſuo bonas literas promovendi ſtu-

„ dio

„ dio conceſſit humaniſſimus æque ac eruditiſſi-
„ mus, dum viveret, Reipublicæ Bremenſis Syn-
„ dicus, GERHARDUS VON MASTRICHT. En ejus titu-
„ lum: Κυρίλλου εἰς τὰς ἀποφθεγμένας λέξεις τῆς
„ ἁγίας γραφῆς. Eſtque illud ipſum, cujus men-
„ tionem facit in literis ſuis ad laudatum modo
„ Fabricium, Cl. REIMARO de Vit. & Script.
„ Ejusdem recenſitis p. 226. Venerandus ſa-
„ crorum Vratislavienſium Antiſtes, IO. FRIDE-
„ RICUS BURG, cum quo antehac Lipſiæ ad pe-
„ des Philologi atque Theologi præſtantiſſimi,
„ GOTTFRIDI OLEARII, jam inter beatos cœlites
„ triumphantis, (cujus in me merita nulla dele-
„ bit oblivio) me ſediſſe, jucunda recordatio eſt.
„ Nec immerito de Gloſſario illo Vir Doctiſſimus
„ ſcribit, quod *forte uſu in illuſtranda dictione*
„ *τῶν ἑβδομήκοντα non deſtitueretur, ſi dari pos-*
„ *ſet ad illius collationem aditus.* Plane autem il-
„ lud differt ab aliis Lexicis, quæ CYRILLI nomi-
„ ne in Bibliothecis extant, & quorum exem-
„ plum non ſolum Oxonii in Bodlejana uſurpavi,
„ ſed etiam Lugduni Batavorum in Bibliotheca
„ Academica me evolviſſe, memini. Et præter
„ voces Scripturæ multæ etiam ex profanis Scri-
„ ptoribus Græcis in illo explicantur."

His *Bielii* verbis præfationi finem impoſiturus eſſem, niſi partes, quas ſuſcepi, poſtulare viderentur, ut de vita ſcriptisque Viri de re literaria præclare meriti pauca addam, quæ lectoribus non injucunda fore exiſtimo. *Bielii* quidem nomen inter eruditos minime obſcurum eſt, quod etiam

insignis illa *Albertina Hesychii* editio, ad quam symbolas contulerat, justis laudibus ornatas ab *Alberto* in Præf. p. xxxiv seq. valde apud exteros nobilitavit. Nec parum ad ejus gloriam pertinet, dignum existimatum esse ab acerrimo ingeniorum judice *Richardo Bentlejo*, quocum sibi aliquid familiaritatis & literarum commercium esse yellet. Quo magis miror, ipsum *Bielium*, Germanum a Germano, *Joechero* puta, in Lexico Eruditorum Lipsiæ 1750 seq. edito ne verbo quidem memorari, cum *Bielius* anno hujus seculi quadragesimo quinto jam de vita decesserit. Quare de vita & scriptis Autoris nostri hæc habeas L. B. quæ maximam partem mecum communicavit unicus superstes filius V. C. supra laudatus.

Natus vero noster Brunsvigæ anno seculi præteriti octagesimo septimo d. XII Maii, literis, quibus ætas puerilis impertiri solet, in utroque patriæ urbis Gymnasio bene excultus, contulit se ad tres florentissimas Germaniæ Academias, primum ad Lipsiensem anno hujus seculi septimo, dein ad Rostochiensem anno 1711, & sequenti anno ad Helmstadiensem, & ibi non intermissa sedulitate scholas celeberrimorum Theologorum, Philologorum ac Philosophorum frequentavit. Hoc spatio decurso Belgium & Angliam petiit, nec urbes modo invisit, sed & cum eruditis, qui urbes nominis sui fama illustrarent, amicitiam contraxit, quam postea commercio literario magis excolere studuit. In Anglia inprimis Londini, Oxfordiæ & Cantabrigiæ commoratus, præ ceteris ex thesauris bibliothecæ Bodleja-

lejanæ multa excerpendo & annotando in uſum ſuum convertit, idemque inſtitutum in Belgio ſecutus eſt, præſertim in Alma Batavorum Leidenſi, cujus locupletiſſimam Bibliothecam non quaſi per tranſennam ſtrictim adſpexit, ſed tanta diligentia excuſſit, ut inde non pauca in futuros uſus depromeret. Ab itinere in patriam redux immortalis nominis vir G. G. *Leibnitius*, cui ſe probaverunt ingenium ac doctrina *Bielii*, munus quoddam inſigne Petropoli ſuſcipiendum illi propoſuit, ſuorum autem amore dulcique conſuetudine ductus hanc ſibi tam honorificam vocationem recuſavit & ſacro Brunsvicenſium miniſterio anno hujus ſeculi decimo nono ſe adjungi paſſus eſt. Aliquot annis poſt Paſtor ad D. Ulrici & Joannis in patria urbe creatus, munus hocce, quod, nec moleſtum, nec late patens, gratum illi otium faciebat, aliis amplioribus prætulit, quæ illi dein ſponte tam in patria quam extra illam oblata ſunt. Etenim *Bielius* ea miniſtri ſacra officia, quæ in cœtibus nimis amplis occurrunt & animum magis debilitant quam recreant, illis relinquenda forte cenſuit, qui tum ſe ſtudiis egregie defunctos eſſe putant, quando ſemel vel bis per hebdomadem ſermonem coram populo habendum meditentur, reliquum vero temporis nugis, ſalutationibus, & alienis negotiis terant. Ille vero, quem nec res anguſta domi luculentiora munera petere coëgit, omni quidem religione & cura contendit, ut muneris officiis pro virili ſatisfaceret; reliquum vero temporis in literis, quibus animus reficeretur, collocaret, & vel va-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ria eruditionis ſpecimina proferret, vel per literas de rebus ad philologiam pertinentibus cum viris ſui temporis maximis v. c. *Menckenio*, *Fabricio*, *Bentlejo*, *Alberti* aliisque ageret.

Inprimis vero ab anno hujus ſeculi triceſimo ſecundo omnes fere horas ſubſecivas Lexico noſtro dicavit, cujus ſpecimen anno 1740, uti ſupra dixi, editum, iterum ſub limam vocavit multisque locis emendatum anno demum quadrageſimo quinto ſic abſolvit, ut nunc a nobis exhibetur. Et hoc ipſo anno 1745 d. XVIII Octobris tabe correptus inter vivos eſſe deſiit. Sed adhuc vivit nomen *Bielii*, vivetque diu libris præclaram eruditionem ſpirantibus, & memoria Viri, religionis amore, pietate in ſuos, comitate adverſus omnes, exquiſita doctrina, ceterisque eximiis virtutibus excellentis etiam poſteris cara eſt futura.

Quæ mihi præter hoc Lexicon & notas ad *Alberti Heſychium* jam ſupra memoratas innotuere ſcripta *Bielii*, hæc ſunt:

1) *Heſychius ſacer*, ſive Gloſſæ ex Heſychio Alexandrino, quæ ad Voces & Phraſes Scripturæ S. explicandas, illuſtrandas facere poſſunt. Selegit, recenſuit, verſionem & notas cum eruditiſſimorum hominum tum proprias adjecit J. C. *Biel.* Brunsv. 1716. 4°. „ *continet octo paginas, quas etiam pro inſtituti mei ratione adhibui.*" Sunt verba *Alberti* in præf. ad Heſychium p. xxxv. (Non edidit hunc Heſychium ſacrum *Bielius*, forte Rich. Bentleji epiſtola ad ſe data, quæ

apud

apud Albertum extat poſt præfationes, de hoc conſilio depulſus.)

2) *Epiſtola* de Etymologico inedito, quod Photio vulgo adſcribitur. (Extat in Actis Erud. Suppl. T. VI. p. 253. ad quæ & alias ſymbolas *Bielium* contuliſſe ex ipſo hoc Lexico noſtro apparebit, & laudatur b. *Fabricio* in Bibl. Græca Vol. X. p. 23.)

3) De purpura Lydia ad illuſtrandum locum Act. XVI, 14. Diſſertatio. (Inſerta eſt *Bibliothecæ Bremenſi* Claſſe II. p. 404 ſeqq.)

4) De Judæis ex omni gente ſub cælo Hieroſolymis commorantibus ad Act. II, 5. obſervationes (L. c. Claſſe VI. p. 1038 ſeqq.)

5) De Levi Juda Thaddæo Obſervatiuncula. (Claſſ. VI. p. 1038 ſeq.)

6) Animadverſiones ad Jo. Georg. Altmanni de Lydia Thyatyrenſi & gallicinio Hieroſolymis in ædibus pontificis audito obſervationes. (Claſſ. VI. p. 1041.)

7) Diatribe Philologica de Voce Selah. (Exſtat in Miſcellaneis Novis Lipſienſibus Vol. III. P. I. p. 14. ſeqq.)

8) Exercitatio de Lignis ex Libano ad templum Hieroſolymitanum ædificandum petitis. —— Accedunt ſpecimina novi Theſauri Philologici ſive Lexici in LXX & alios interpretes

&

& ſcriptores apocryphos Vet. Teſtamenti Brunsvigæ 1740. 4°. (Exercitationem ipſam, ſatis raro obviam, Muſeo ſuo Hagano mox inſerendam curabit S. V. Editor N. *Barkey.*)

Secunda ac tertia hujus Lexici pars, quibus totum opus abſolvetur, primam, haud longa mora, uti ſperamus, interjecta, ſequentur. Ignoſcant vero æqui lectores vitiis typographicis, quæ, licet omnis cura adhibita ſit, hic illic irrepſerint. Hoc demum in votis habeo, ut veræ Philologiæ ſtatores atque doctores, *Valkenarii*, *Ruhnkenii*, *Saxii*, *Waſſenbergii*, *Wyttenbachii*, cet. inter Batavos, *Erneſti*, *Michaëles*, *Heynii*, *Mori* aliique inter Germanos hoc *Bielianum* opus patrocinio ſuo tueantur ejusque verum uſum diſciplinæ ſuæ alumnis commendent.

Scr. Hagæ Comitum Id. Mart. MDCCLXXIX.

A.

Ἆ, ἆ, acclamatio lamentantis, ut Latinis, ah, hei! hei! אהה, Jud. XI, 35. Ἆ, ἆ θυγάτερ μου, *hei! hei! filia mea.* Vid. & Jud. VI, 22. *Eustathius* ad Il. Λ. 441. p. 776. docet. ἆ significare πάθος ταραχωδὲς ψυχικὸν, εἶον ἢ σχέτλιασμὸν, ἢ ὄνειδον, ἢ ἀγανάκτησιν, ἢ ἐλαιον, (l. ἔλεον) *affectum animi perturbati, ut lamentationem, vel probrum, vel indignationem, vel commiserationem.*

Ἄ, ἄ, ἄ, idem. אהה. *Aqv.* Jos. VII, 7. Ezech. IV, 14. *Al.* Jer. XIV, 13.

Ἀὰ, ἀὰ, idem. אהה *Aqu.* Joël I, 14. האח האח *Sym.* Psalm. XXXIX, 21, LXIX, 4.

Ἀβανὰ, ἀββανὰ, vel ut *al.* rectius ἀββαμὰ, ipsa vox Hebr. במה excelsum, cum ה præfix. Ezech XX, 29. Conf. *Drusium* in Fragm. Vet. Int Græc. p. 609.

Ἀβαρὰ, elephas 1 Macc. VI 43. καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ἀβαρὰν, & *vidit Eleazar elephantem.* Cl. *Gagnierius* Vindic. Kircherian. p. 19. b. ad hanc vocem notat sequentia: *i. e.* את־הברה. *Latinis Barrus, id est, elephas lingua Sabina: Barritus, vox elephantis. Sed* בר *Chald. & Arab. eremicolam vult dicere, qualis est elephas vel maxime* Alii *Barrum* alludere putant ad בעיר *beir*, quomodo jumentum vocant Hebræi, Syri, & Arabes. Vide *Bochartum* Hier. P I. L II. c. 23. p. 249. Doctiss. *Relandus* autem in Diss. Misc. P. I. p. 183. suspicatur. nomen *barro*, quo apud Indos vocari elephantem docet *Isidorus* Orig. Lib. XII c. 2 posse deduci ex sermone Persico, qui sæpius a scriptoribus antiquis cum Indico confundatur, & quo *Boru* notet *castellum, propugnaculum, murum, turrim.* Illudque nomen elephantibus convenire putat, qui in bello turribus fuerint instructi, & non tantum procul castellorum & turrium faciant speciem, sed quasi viva propugnacula & turres sint.

Ἀβασίλευτος, qui est sine rege, rege carens. מלך אין non rex. Prov. XXX, 27. ἀβασίλευτον (sc. ζῶον) ἐστιν ἡ ἀκρὶς, *locusta est animal, quod est sine rege.*

Ἄβατος, inacceſſibilis, impervius, invius, deſertus. יתן va'idus Amos V, 24. χειμαῤῥὼς ἄβατος, *fluvius impervius.* לה execratio, Jer. XLII, 18. εἰς ἄβατον ſc. γῆν, *in terram deſertam.* ארץ נזרה terra deciſionis Lev. XVI. 16, 22. εἰς γῆν ἄβατον, *in terram deſertam.* יע languens, Pſalm. LXII, 21. γῆ ἄβατος. ערבה deſertum, Jer. LI, 43 שאה שמה vaſtitas, Job. XXXVIII, 27. שוחה fovea, Jer II, 6. שמה deſolatio, Jer XXV, 18. 38. שממה, idem, Jer. VI, 1. תהו inane, Pſalm CVI, 40. תל tumulus, Jer. XLIX, 2. *Heſychius*: Ἄβατον, ἀδιόδευτον, ἀπέραντον. Ἄβατον, *impervium, infinitum* Vulgo hæc verba male conjunguntur cum antecedenti Ἄβαρον, ac ſi hanc vocem adhuc exponerent. Sed rectius diſtinguuntur apud *Phavorinum*, qui, poſtquam Ἄβαρον eodem, quo *Heſychius*, modo expoſuerat, ſeorſim & hæc habet: Ἄβατος, ἀσύνετος. καὶ ἄβατον, ἀδιόδευτον, ἀπέραντον ἢ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ἔρημον. Ἄβατος, *imprudens*, & ἄβατον, *impervium, infinitum. Vel ſacrum & deſertum. Suidas* etiam de hac voce ita: Ἄβατον, ἱερὸν, ἀπρόσιτον, ἔρημον, καὶ ὁδὸς ἄβατος, ἡ ἀπόρευτος. Ἄβατον, *ſacrum, inacceſſum, deſertum Et* ὁδὸς ἄβατος, *via, per quam tranſitus non patet.*

Ἀβατόω, deſertum reddo. השם hiph. a שמם Jer. XLIX, 19.

Ἀββαμά. Vid. Ἀβανά.

Ἀβέβαιος πρὸς τὸν Θεὸν, non conſtans, inſtabilis apud Deum. לא הכין לבו *Aqv. Symm.* Pſalm. LXXVII, 8.

Ἀβεβαιότης, infirmitas. לא יאמין *non credet. Symm.* Job. IV, 8.

Ἀβιβ. Vid Θεὸς Ἀβίβ.

Ἀβλαβὴς, innocuus Sap. XVIII, 3. XIX, 6.

Ἀβοηθησία, auxilii defectus, privatio auxilii. Sir. LI, 14.

Ἀβοήθητος, auxilio carens. Sap. XII, 6. 2 Macc. III, 28.

Ἄβοηθος, auxilio deſtitutus. אין איל ſine viribus, Pſalm. LXXXVII, 4.

Ἀβουλεύτως, inconſulto. 1 Macc. V, 67.

Ἀβουλία, conſilii inopia, imprudentia, ſtultitia. אולת Prov. XIV, 17 הוה pravitas, Prov. XI, 6. שולל ſpoliatus, *Symm* Job. XII, 17. *Heſychius* Ἀβουλία, μωρία. Ἀβουλίαι, *ſtultitia. Suidas*: Ἀβουλία, ἀπαιδευσία, ἄνοια, καὶ μωρία. Ἀβουλίαι, *imperitia, amentia, & ſtultitia.*

Ἄβρεχα;

Ἄβρα, ancilla, famula adoleſcentior, quali matronæ ditiores ad honeſtiora miniſteria utuntur אמה Exod. II, 5. נערה Gen. XXIV. 61. Ῥεβέκκα, καὶ αἱ ἄβραι αὐτῆς, *Rebecca, & ancillæ ejus.* Vid. & Exod. II, 5. Eſth. V 15 Lex. MS. Octateuch. Ἄβραι, θεράπαιναι, δοῦλαι. Ἄβραι, *ancillæ, ſervæ.* Vid. Bibl. Coiſlin. p 602 *Aquila* Gen. l. c. pro נערות habet παιδίσκαι. *Symmach.* κοράσια Lex. Cyr. MS. Brem. Ἄβρα, παιδίσκη τρυφερά. Ἄβρα, *ancilla tenera.* Sic & *Suidas* non quamvis famulam ſed puellam heræ domeſticam, & honoratiorem ἄβραν vel ἄβρα nam utroque modo vox reperitur,) dictam eſſe docet, his quidem verbis a Cl. *Kuſtero*, ſi *Menandri* locum reſpicias, diſtinctis & in ordinem redactis : Ἄβρα, ὅτι ἁπλῶς θεράπαινα, ὅτι ἡ εὐμορφος θεράπαινα λεγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη, εἴτε οἰκογενὴς, εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ

Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυαῖν
Ταύταιν· τρέφει δὲ παλλακή τις τὸν πατρὸς
Αὐτὰς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Ἄβρα *neque ſimpliciter quævis, neque formoſa ancilla ita appellatur, ſed domeſtica & honoratior heræ puella, ſive illa ſit verna, ſive non. Menander Pſeudo-Hercule:*

Mater obiit duarum ſororum
Harum: nutrit vero pellex quædam patris
Eas, quæ famula matris illarum fuit.

Ad quem locum reſpexiſſe videtur *Heſychius*, quando ita: Ἄβρα, δούλη, παλλακή. Ἄβρα, *famula, pellex.* Ceterum de ἄβραις etiam ita *Euſtathius* ad Odyſſ. T. p. 680. Αἱ γὲν θρεπτικαὶ τοῖς δεσπόταις δοῦλαι, ἁποῖα πρὸ ὀλίγων ἡ Μελανθὼ, ἄβραι λεγόμεναι ἐθνικῶς, κεῖνται παρὰ σοφοῖς Ἕλλησι. *Nutritæ igitur heris famulæ, qualis paulo ante erat Melantho, ἄβραι gentibus dictæ, apud ſapientes Græcos reperiuntur.* Inque ejus rei probationem idem *Euſtathius* pariter *Menandri* locum adducit, additque: Ἔστι δὲ ἄβρα καλὰ Παυσανίᾳ ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα. ἡ καὶ οἰκότριψ παροξυτόνως, καλὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, καὶ ἔντιμος. *Eſt vero ἄβρα juxta Pauſaniam, quæ ſimul educata, & ad manum eſt, famula. Quæ etiam οἰκότριψ cum acuto in penultima,* in domo educata, *juxta Ælium Dionyſium & honorata eſt.* Plura de hac voce vide apud *Grotium* ad Judith. VIII, 33. & *Steph. le Moyne* in not. ad V. S. p. 287. ſq.

Ἁβρὸς, delicatus. מענוג plur. deliciæ, *Symm.* 1 Reg. XV, 32.

Ἀβροχία, imbrium penuria, ficcitas. בצרת Jer. XVII, 8. Vid. & Sir. XXXV, 23.

Ἄβυσσος, ſc. χώρα vel θάλασσα, locus vel mare, fundo carens מצולה Job XLI, 23 צולה Eſ. XLIV, 27. רחב Job. XXXVI, 16. תהום Gen I, 2. VII, 11. & alibi paſſim. *Heſychius*: Ἄβυσσος, πέρας ὐκ ἔχον, (ſic enim pro ἔσχειν legendum puto) ὕδατα ἄπειρα, ἀκατάληπτα. Ἄβυσσος, *terminum non habens. Aquæ infinitæ, incomprehenſibiles.* Lex MS Bibl. Coiſlin p. 499. Ἄβυσσος, πλῆθος ὕδατος ἀπείραιτον, ἢ τόπος ἐν θαλάσσῃ ἀτύθμαιτος. Lex *Cyrilli* MS. Brem Ἄβυσσος. ἀπυθμένον, ἀπείραιτον ὕδωρ πολύ πλῆθος ὕδατος. (MS. vitioſe πολὺ θῦ τὸ ὑιάθος) Ἄβυσσος, *fundum non habens, infinita aqua, magna multitudo aquæ.* Conf. *Suidam* in Ἄβυσσον, ubi vox pariter exponitur ὑδάτων πλῆθος πολύ Plura de illa vide apud Auctores laudatos *Wolfio* ad Luc. VIII, 31. p. 642. & *Schwartzium* Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 2.

Ἄβυσσοι πηγαὶ κάτωθεν, fontes fundo carentes ab infra. תהום רבצין תחת abyſſus jacens infra, Deut. XXXIII, 13.

Ἀγαθὸν ποιέω, benefacio. גמל retribuo, Prov. II, 17.

Ἀγαθοποιέω, benefacio. היטיב hiph. à יטב Num. X, 32.

Ἀγαθοποιὸς, beneficus, Sir. XLII, 20.

Ἀγαθὸς, bonus, gratus, pulcher, hilaris, & τὸ ἀγαθὸν, τὰ ἀγαθὰ, bonum, bona. אמת fidelitas, Neh. VII, 2. במה excelſum, Eſ. LV, 14. דשן Eſ. LV, 3. שב Chald. Eſd. V, 17. שוב cum ſchurek, bonitas, bonum, Gen. XLV, 20. πάντα ἀγαθὰ Αἰγύπτου, *omnia bona Ægypti.* Vid. & Gen. XLV, 18. 23. 4. Reg VIII, 9. Prov. XI, 10. ἐν ἀγαθοῖς δικαίων, *cum bene eſt juſtis.* Ita Chr. XII 9. ἐν ἀγαθοῖς ἀνδρὸς, *cum homini bene eſt.* Vide *Druſium* ad h. l. טוב: טובה cum cholem 1 Reg. II, 28 ἦν ἀγαθὸν μετὰ Κυρίου καὶ μετὰ ἀνθρώπων (puer) *gratus erat apud Dominum & apud homines.* Conf. Luc. II, 52. 1 Reg. XVI, 12. ἀγαθὸς ὁράσει Κυρίου, *pulcher aſpectu Domino*, h. e. ita bellus, ut forma ejus vel Deo placere poſſet atque grata eſſe. Eodem ſenſu Moſes dicitur ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *venuſtus Deo*, Act. VII, 20. Conf. ad h. l. *Boiſy* Collat. p. 371. & *Wolfii* Cur. p. 1109. ישר rectus; Jer. XL. 5. מיטב 1 Reg. XV, 9. נבון intelligens, Prov. XIV, 35. נכוח rectus, æquus, Prov. XXIV, 26. שלם integer, perfectus, 1 Par. XXIX, 19. הקוה exſpectatio, Job. XVII, 15. Sir. XXX, 27. λαμπρὰ καρδία καὶ ἀγαθὴ, *cor ſplendidum & hilare.* Conf. 1 Reg. XXV, 36. & quæ notavi

in

in v. Ἀγαθύνω ex Jud. XVI, 25. Sir. XXXV, 8. 9. ἀγαθὸς ὀφθαλμὸς *oculus* vel *vultus hilaris*. Conf. ἀνὴρ ἱλαρὸς καὶ δότης. Judith. XI, 23. ἀγαθὴ ἐν τοῖς λόγοις σου, *bona in ſermonibus tuis*, i. e. *Badvello* interprete, facultate dicendi præſtans. Sic *Ælianus* Var. Lib. II. c. 13. ἐν λόγοις ἀγαθοῖς, *facultate dicendi præſtantibus.*

Ἀγαθότης, bonitas, benignitas, Sap. VII, 26.

Ἀγαθόω, benefacio. טובה fœm. Jer. XLIV, 27. היטיב hiph. a יטב 1 Reg. XXV. 31. Jer. XXXII, 41. Priori loco conſtruitur cum dativo, poſteriori cum acculativo, quemadmodum & Sir. XLIX, 10.

Ἀγαθύνω, benefacio, bonum facio, *it.* exhilaro, *& in paſſ.* Ἀγαθύνομαι, gaudeo, hilaris ſum, *it.* bonus ſum, melior fio. טאב Chald. Dan. VI, 23. ὁ βασιλεὺς πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ *rex valde lætabatur propter illum.* טוב Jud. XVI, 25. ὅτι ἠγαθύνθη ἡ καρδία αὐτῶν, *cum eſſent hilares.* Vid & 2 Reg. XIII, 28. & conf. quæ notavi in v. Ἀγαθὸς ex Sir. XXX, 27. יטב & היטיב Jud. XVIII, 20. καὶ ἠγαθύνθη ἡ καρδία τοῦ ἱερέως, *& bonum videbatur ſacerdoti.* Conf. 1 Macc. I, 14. Ruth. III, 10. ἠγάθυνας τὸ ἔλεός σου τὸ ἔσχατον ὑπὲρ τὸ πρῶτον, *meliorem feciſti miſericordiam tuam poſteriorem, quam priorem.* 3 Reg. I, 43. ἀγαθῦναι τὸ ὄνομα, *bonum nomen facere.* 4 Reg. IX, 30. ἠγάθυνε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, *exornabat caput ſuum.* 4 Reg. X 32. ἀνθ' ὧν ὅσα ἠγάθυνας ποιῆσαι τὸ ἐνθὲς *eo quod bonum tibi viſum eſt, facere rectum* Neh. II, 5. εἰ ἀγαθυνθήσεται ὁ παῖς σου ἐνώπιόν σου, ὅτι πέμψαι αὐτὸν &c. *num placet tibi ſervus tuus, ut mittas illum.* Pſalm. XXXV, 3. ἀγαθῦναι, *bonum facere.* Pſalm. L, 19. ἀγάθυνον τὴν Σιὼν, *benefac Sioni.*

Ἀγαθῶς, bene, recte. טוב 1 Reg. XX, 7. היטב infin. hiph. a יטב 4 Reg. XI, 19, מיטיב *Theod.* 1 Reg. XVI, 17. ubi LXX. ὀρθῶς.

Ἀγαθωσύνη, bonitas, benignitas, גדולה 2 Reg. VII, 21. טוב Neh. IX, 25. 35. Pſ. XXXVII, 21. טובה Jud. VIII, 35. Eccleſ. VII, 15. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθωσύνης, *in die bona*, Eccl. IX, 17. ἁμαρτάνων εἰς ἀπολέσει ἀγαθωσύνην πολλὴν, *unus peccans multa bona perdet. Aqv.* Pſalm. XV, 2. *Sym.* Pſalm. XXVI, 13. & alibi.

Ἀγαλλίαμα, exultatio, lætitia. גאון Eſ. LX, 15. גול Eſ. LXV. 18. ציל Eſ. XVI, 10. גילה Eſ. LXV, 18. משוש Pſ. XLVII, 2. רן Pſ. XXXI. 9. cantatio. רנה cantus, Prov XI, 10. שמחה Eſ. XXII, 13. LI, 3. ששון Eſ. XXXV, 10. תהלה laus, Eſ. LXI, 11.

Ἀγαλλίασις, exultatio, lætitia. גיל Pſ. XLIV, 17. LXIV,

13. רנה cantus, Pſ. XXIX, 6. רנן infin. pih. can ndo, Pſ. CXXXI, 17. רננה cantus, Pſ. LXII, 6. XCIX, 2. ששון Pſ. XLIV, 9. שחוק *incert.* Job. VIII, 21.

Ἀγαλλιάω, vel in conjug. med. ἀγαλλιάομαι, lætor, exulto, gaudeo. גול & הגיל *Kal* & *Hiph.* 1 Par. XVI, 31. Cant. I, 3. Eſ. XXV, 9. הגיד Pſ. LXXIV, 9 (hic tamen LXX. pro אגיד legiſſe videntur (אגיל התהלל hithp. glorior, Eſ. XLI, 16. יסף שמחה addo lætitiam, Eſ. XXIX, 19. עלז Hab III, 17. עלץ exultabundus, Pſ. IX, 2. צהל hinnio, it. jubilo, Eſ. XII, 6. רנן canto, Pſ. V, 13. שוש Pſ. XVIII, 6. שמח 2 Reg I, 20.

Ἄγαλμα, ſimulacrum. אט plur. præſtigiatores, Eſ. XIX, 3. פסילים Eſ. XXI, 19. Vid. & 2 Macc. II, 2. Etym. M. Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα. πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγαλλεταί τις καὶ χαίρει, κἂν ᾖ ἱμάτιον ἢ, κἂν τι εἰκών. Οἱ δὲ μετ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. Τὸ δὲ ἄγαλμα παρὰ τὸ ἀγαλλω. Ἄγαλμα, *de quo aliquis gloriatur, ornamentum: omne id, in quo aliquis exultat, & gaudet, ſive veſtimentum ſit, ſive imago. Poetæ vero, qui poſt Homerum ſcripſerunt* ἄγαλμα *dixerunt ſimulacrum.* Ἄγαλμα *autem ab* ἀγάλλω, *orno. Heſychius:* Ἄγαλμα, ξόανον, ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. Ἄγαλμα, *ſtatua, ſimulacrum idolorum, imaginum, vel ſtatuarum.*

Ἀγάλματα Ἀσάρτης, ſimulacra Aſtartæ. העצבות *Aqv.* 1 Reg. VII, 4. Conf. *Seldenum* de Diis Syr. Synt. II. c. 2. p. 235. & τὰ Ἄλση ἀσαρώθ.

Ἀγανακτέω, indignor, Sap. V, 23. XII, 27. Drac. v. 33.

Ἀγανώθ, Hebr. אגנות plur. ex אגן *crater*, Eſ. XXII, 24.

Ἀγαπάω, amo, diligo, acquieſco, expeto, deſidero, & ἀγαπάομαι, charus ſum. אהב Gen. XLIV, 20. ὁ δὲ πατὴρ αὐτὸν ἠγάπησεν, *pater autem illum amat.* h. e. præ ceteris amat, in amore præponit. Conf. *Feſſelium* Adverſ. Sacr. L. X. c. 1. p. 443. Pſalm XXXIII, 12. ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς, *deſiderans dies videre bonos.* Pſalm. XXXIX, 22. οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου, *expetentes ſalutem tuam.* Vid. & Pſalm LXIX, 5. & conf. 2. Tim. IV, 8. Conf. & Mich. III, 2. ubi אהב exponitur per ζητεῖν, *appetere*, Pſ. CXV, 1. ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, *acquieſco quia exaudiet Dominus vocem precationis meæ.* Prov. XII, 1. ἀγαπᾷ παιδείαν, *amans correctionem*, i. e. juxta *Tremellium*, qui caſtigationibus Dei acquieſcit. Hoc ſenſu verbum ἀγαπᾶν & apud profanos ſcriptores accipitur. Vide *Feſſelium* lib. cit. p. 437. Jer. V, 31. ὁ λαός μου ἠγάπησεν οὕτως, *populus meus ſic amat*, h. e. ita gratum illis eſt, hæc ap-

approbat. Jer. XIV, 10. ἠγαπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, amant h. e. ſolent, conſueſcunt movere pedes ſuas. Oſ. XIII, 7. καταδυναστεύειν ἠγάπησε amat h. e. ſolet *opprimere*. Sic exteri etiam loquuntur. Vide *Feſſelium* lib. cit. p. 441. אהב הבו amo date. Oſ. IV, 19. אהבים plur. amatores, Oſ. VIII, 9. הביא hiph. a בוא adduco, 1 Par. XVII, 16. הזכיר hiph. commemoro, Cant I, 3. הכית hiph. a סות incito. 2 Par. XVIII, 2. ἠγάπα αὐτὸν ἀναβῆναι, *blandis verbis eum compellavit, ut aſcenderet.* Ita vertit *Feſſelius* lib. cit. p. 436. Sed pro ἠγάπα legendum ibi videtur ἠπάτα *perſuadebat*, quo verbo alias LXX. Hebr. הכית interpretari ſolent. Vid. 4 Reg. XVIII, 32. 2 Par. XXXII, 11. & conf. quæ mox notavi ad Pſalm. LXXVII, 40. חפץ Eſth. VI, 9. Pſalm. L, 7. עשה, Pſalm. CXVIII, 165. כלכל pih. a כול ſuſtento. *Aqv Sym.* V. & VI. *Ed.* Pſalm. LIV, 25. ἀγαπήσει. משוש exultatio. Jer. XLIX, 24. פתה pih. pellicio, perſuadeo. Pſalm. LXXVII, 40. ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, *blanditi ſunt ei in ore ſuo.* Ita rurſus *Feſſelius* l. c. Sed Cl. *Grabius* Proleg. in LXX. Int. T. IV. c. 6. §. 1. pro ἠγάπησαν haut præter rationem ſubſtituit ἠπάτησαν. Nam Hebr. פתה nusquam alibi verbo ἀγαπάω, ſæpiſſime autem altero ἀπατάω redditur. Et ſic verba potius vertenda ſunt: *decipere conati ſunt illum ore ſuo.* קנה acquiro, Prov. XVI, 3. רחם intime diligo, miſereor, Eſ. LX, 10. Zach. X, 6. רצה delector, 1 Par XXIX. 17. שמר ſervo, cuſtodio Prov, XXVIII, 4.

Ἀγαπώμενος, dilectus. אהוב part. pah. Neh. XIII, 26. יחיד unicus. Prov. IV, 3. Conf. *Feſſelium* lib. cit. p. 426.

Ἠγαπημένος, dilectus, amatus. אהב infin. Oſ. IX. 12. אהב part. ben. 2 Par. XX, 7. אהוב part. pah. Deut. XXI, 15. נאהב part. niph. 2 Reg. I, 23. ידיד Deut. XXXIII, 12. Eſ. V, 1. ידידות dilectio, Jer. XII. 7. לחטא ad peccandum, Oſ. VIII, 11. שעשועים deliciæ, Eſ. V, 7. שרין Sirjon, nomen montis, Pſalm. XXVIII, 6. Sir. XXX, 22. ἀγάπα τὴν ψυχήν σου. *dilige animam*, ſeu *vitam tuam*, h. e. tui ipſius curam habe. Sir. XLVII, 1. ἠγαπήθης ἐν εἰρήνῃ σου, *charus fuiſti in pace tua.* Vide *Feſſelium* lib. cit. p. 457. & 462.

Ἀγάπη, amor, dilectio. אהבה 2 Reg. XIII, 15. & alibi.

Ἀγάπησις, amor, dilectio. אהבה Jer. XXXI, 3. ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησά σε, *amavi te amore æterno.* חבין abſconſio, vel latibulum. Hab III, 4. ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ, *poſuit dilectionem fortem roboris ſui.* Ad hæc verba ita notat Cel. *Schwartzius* Diſſ. de Stil. LXX. Int. apud Fo.

Oleg.

Olear de Stil. N. T. p. 309. *Nomen ἀγαπήσεως unde in hunc locum venerit, fortaſſis admiraberis Sed Arabes ex* חבב *nomen duxerunt, quod* amorem *ſignat, & cum ſono Hebræo nominis* חבין *apprime congruit.* In Concord. Græc. LXX. Int. pro חבין legiſſe אהבה conjicitur. Sir. XLVIII, 11. *ἐν ἀγαπήσει κεκοσμημένοι, amore ornati.*

Ἀγαπητὸς, carus, dilectus unicus. דוד Eſ. V, 1. ידון ידון profugerunt, profugerunt, fut. Kal. a נדר Pſ. LXVII, 13. יחיד unicus. Gen. XXII, 2 *λαβὲ τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ſume filium tuum unicum, unice dilectum. Aquila* ibi habet *μονογενῆ.* Ita *Homerus* Il. ζ. v. 401. *ἀγαπητὸν* juxta Scholiaſtam dixit *μονογενῆ.* Unde *Heſychius*: Ἀγαπητὸν, *μονογενῆ, κεχαρισμένον.* Ἀγαπητὸν, *unigenitum, dilectiſſimum.* Sic & *Pollux* Lib. III. c. 2. ſegm. Καλεῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητὸς, *ὁ μόνος ὢν πατρὶ, ἢ μητρὶ. ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ*, καὶ (*Phavorinus*, qui eadem habet in v. Ἀγαπητὸς, &, ni fallor, ex eodem, pro καὶ rectius habet ἢ *μονογενὴς, καθ' Ἡσίοδον. Vocetur autem υἱὸς ἀγαπητὸς, filius qui ſolus & unicus eſt parentibus; quemadmodum & ἀγαπητὴ θυγάτηρ filia unigenita apud Heſiodum.* Vid. & LXX. Jud. XI, 34. Jer. VI, 26. Amos VIII, 10. Zach. XII, 10. & conf. *Heinſium* Ariſt. Sacr. p. 135. & Exerc. Sacr. ad Marc. I, 11. p. 94. & Auctores laudatos *Wolfio* ad Matth. III, 17. p. 65. יקיר pretioſus, Ier. XXXI, 20. מאהב part. pih. amans, amator, Zach. XIII, 6.

Ἀγγεῖον, vas. בור ciſterna, Prov. V, 15. מנא caniſtrum, *Aqv.* Deut. XXVI, 2. כבר tracta. 1 Reg. X, 3. *τρία ἀγγεῖα ἄρτων. tria caniſtra panum.* כלי Gen XLII, 25. XLIII, 11. נבל uter, 1 Reg. XXV, 18. Eſ. XXX, 14.

Ἀγγελία, nuncium, annunciatio. דבר verbum, Prov. XII, 26. Conf. 1 Joh. III, 11. טעם ſapor, it. ratio, Prov. XXVI, 16. מלאכות legatio, *Aqv.* Pſalm. LXXII, 28. שמועה auditio, 2 Reg. IV, 4. Prov. XXV, 26. ציר legatus, *Sym.* Amoſ. I, 1. Jer. XLIX, 14.

Ἄγγελος, legatus, nuncius, angelus, ſive ſpiritus a Deo miſſus. אביר potens, Pſ. LXXVII, 29. אל Deus, Job. XX, 15. אלהים Deus, dii, Gen. XXXI, 24. Pſ. VIII. 6. אנשים viri, Gen. XIX, 16. בנים filii, cum reſpectu ad Deum, Deut. XXXII, 8. Job. I, 6. XXXVIII, 7. חרב gladius, Job. XL, 14. מגיד part. hiph. annuncians, nuncius, 2 Reg. XV, 13. מלאך ſæpiſſime. מלאכות legatio, Agg. I, 13. עבד ſervus, Eſ. XXXVII, 24. עיר Dan. IV, 10. ἄγγελος. Similiter

militer Ἶρις (forte ab עיר originem trahens) tanquam ἄγγελος describitur *Homero* Il. Σ. v. 166, 167. ubi ita:

Εἰ μὴ Πηλείωνι ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις
Ἄγγελος ἦλθε.

Niſi Pelidæ ventipes velox Iris
Nuncia veniſſet.

Unde apud *Heſychium* Ἶρις inter alia ἄγγελος exponitur. עיר legatus, Prov. XIII, 18. ביד per manum, i. e. manu & miniſterio, Prov. XXVI, 6. δι' ἀγγέλου ἄφρονος, *miniſterio inſipientis.*

Ἀγγιστρα, τὰ, vaſcula. יעים *Aqv. Symm.* 3 Reg. VII, 40.

Ἄγγος, vas. כלוב caniſtrum, corbis, Amoſ. VIII, 1. 2. כלי Lev. XI, 32. ἄγγος ὀστράκινον, ubi *alii* σκεῦος ὀστράκινον. צפחת ampulla, lecythus, *Aqv.* 1 Reg. XXVI, 11.

Ἀγελαῖος, gregarius, 2 Macc. XIV, 23. ἀγελαίους ὄχλους ἀπέλυσε, *gregarias turbas dimiſit.*

Ἀγέλη, grex. גדרה caula, ſeptum, 1 Reg. XXIV, 4. עדר Cant. I, 6. שפעת agmen, Eſ. LX, 6.

Ἀγεληδόν, gregatim. 2 Macc. III, 18. XIV, 14. *Heſychius*: Ἀγεληδόν, ἀθροισμένως, ἰδίως ἀγέλης. Ἀγεληδόν, *confertim, gregatim.*

Ἀγιρωχία. inſolentia. 2 Macc. IX, 6. Ὁ δ' οὐδαμῶς τῆς ἀγιρωχίας ἔληγεν, ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεπλήρωτο. *Ille vero neutiquam ab inſolentia ceſſabat, imo adhuc magis ſuperbia replebatur.* Sap. II, 9. Μηδεὶς ἡμῶν ἄμοιρος ἔστω τῆς ἡμετέρας ἀγιρωχίας. *Nemo noſtrum non particeps ſit noſtræ inſolentiæ.* Sic *Alciphron* Lib. I. Epiſt. 6. p. 26. πέπαυσο τῆς ἀγιρωχίας, *deſiſte ab illa inſolentia.* Et Lib. III. Epiſt. 27. p. 334. οὐ πάυστη, τάλαινα, τῆς ἀγιρωχίας; *nonne deſiſtes, infelix, ab hac inſolentia?* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀγιρόχιας, (leg. Ἀγιρωχίας,) ὑπερηφανίας. Gloſſ. MSS. τῆς Παιρίτου: Ἀγιρωχιας, ὑψηλοφρονίας. Ἀγιρωχίας, *animi elati.*

Ἁγιάζω, ſanctifico, luſtro, expio, purgo. הזיר hiph. a נזר *ſeparavit*, Num. VI, 12. כפר expio, expior, Exod. XXIX, 33. 36. קדש in multis locis, ex quibus pauca jam proferam, quibus ea notione vox occurrit, quæ vulgo in Lexicis non obſervatur. 2 Reg. XI, 4. καὶ αὕτη ἁγιαζομένη ἀπὸ ἀκαθαρσίας, *& illa purgabat ſe ab immunditie.* Vid. & Lev. XVI, 19. Joël. I, 14. II, 15. ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, *ſanctificate jejunium, proclamate cultum.* Joël

III, 9. Κηρύξατε ταῦτα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἁγιάσατε πόλεμον, *proclamate hæc in gentibus, ſanctificate bellum.* Inde *Heſychius*: Ἁγιάσατε, κηρύξατε. Et *Suidas*: Ἁγιάσατε, προσυτριπίσατε, κῆρυξατε. Ἁγιάσατε, *præparate, proclamate.* Et certe ἁγιάζειν locc. citt. idem eſſe ac κηρύσσειν, *proclamare*, & unum per alterum exponi, manifeſtum ex 4 Reg. X, 70. καὶ εἶπεν Ἰὲ, ἁγιάσατε ἱερείαν τῷ Βάαλ· καὶ ἐκήρυξαν. *Et dixit Jehu: Sanctificate ſacrificium Baal. Et proclamarunt.* Eadem notione vox legitur Mich. III, 5. Conf. *Druſium* Anim. L. I. c. 19. קדוש ſanctus, 2 Par. XXXV, 3. Pſalm. XLV, 4. קֹדֶשׁ ſanctitas, Prov, XX, 25.

Ἡγιασμένος, ſanctificatus. מקדש part. pyh. 2 Par. XXVI, 18. Eſd. III 5. נזיר Naziræus Amos II, 12. קדוש ſanctus, Deut. XXXIII, 3. קדש ſanctitas, Lev. XVI, 4. 2 Par. XXIX, 33.

Τὸ ἡγιασμένον, ſanctificatum. מקדש ſanctuarium, Num. XVIII, 29.

Τὰ ἡγιασμένα, ſanctificata. ברים plur. a בר, vectes, 3 Reg. VIII, 8. מקומות loca 1 Reg. VII, 16. נזירים plur a נזיר ſeparatus, Lev. XXV, 11. Num. V, 9 קדש ſing. & קדשים plur. Lev. XX, 10.

Ἡγιασμένα ἅγια, ſanctificata ſancta. קדש קדשים Num. XVIII, 9.

Ἁγιασμὸς, ſanctificatio. הקדש inf. hiph. a קדש Jud. XVII, 3. מקדש Eſ. VIII, 14. Ezech XLV, 4. קדש Lev. XXIII, 27.

Ἁγιαστήριον, ſanctuarium, ſacrarium. מקדש Lev. XII, 4. Pſ. LXXIII, 8. נוה habitaculum, Pſ. LXXXII, 11.

Ἅγιος, ſanctus. שם אלהים ὄνομα ἅγιον, Lev. XVIII, 21. הבר hiph. a ברר purifico, Jer. IV, 11. זבל habitaculum, 3 Reg. VIII, 13. 2 Par. VI, 2. טהור purus, Lev. X, 14. מקדש ſanctuarium, Neh. X, 39. Eſ. LX, 13. נזר corona, Lev. XXI, 12. Zach. IX, 16. נשנב exaltatus, Eſ. XXXIII, 5. צבאורת exercituum, Eſ. XIV, 27. צור rupes. 1 Reg. II, 2. צפון part. pah. abditus, occultus, Pſ. LXXXII, 3. קדוש, קדיש & קדש ſæpiſſime, קיוב proximus, Neh. XIII, 4.

Ἅγιον, ἅγια, ſanctum, ſanctuarium, ſancta. res ſanctæ, ברים vectes, plur. a בר 3 Reg. VIII, 7. מקדש Lev. XIX, 30. & alibi ſæpius. מכון מקדש ſedes ſanctuarii, Dan. VIII, 11. מקום locus, Eſ. XXVI, 21. קדש verb. in pih. & hithp. Exod. XXVIII, 3. 2 Par. XXX, 24. קדוש ſanctus, Pſ. XXI, 3. Eſ. LVII, 15. קדש in ſing. & plur. ſanctitas, paſſim. קדש קדשים ſanctum ſanctorum, Num. XVIII, 9. Ez. XLI, 4. קיר paries, Ezech. XLI, 20. 25.

Ἅγιον

Ἅγιον ὄνομα, nomen ſanctum, מקדש ſanctuarium, Lev. XXI, 23.

Ἁγιότης, ſanctitas, 2 Macc. XV, 2.

Ἁγιωσύνη, ſanctimonia, ſanctitas, הוד decus, majeſtas, Pſalm. CXLIV, 5. עז robur, Pſalm. XCV, 6. קדש Pſalm. XCVI, 13.

Ἀγκάλη, ulna. חיק propr. ſinus, Prov. V, 20. ἐκ τῶν ἀγκαλῶν, *ex ulnis.* מאצל de apud, i. e. ex latere, 3 Reg. III, 20. ἔλαβε τὸν υἱόν μου ἐκ τῶν ἀγκαλῶν μου, *recepit filium meum ex ulnis meis.*

Ἄγκιστρον, hamus. חח 4 Reg. XIX, 28. חכה Job. XL, 20. Eſ. XIX. 8. חרם rete, ſagena, Ezech. XXXII, 3. *Heſychius* Ἄγκιστρον exponit θηρατήριον ἐκ σιδήρου καμπτὸν ἀγκύλον στρεβλὸν, *inſtrumentum, quo capimus, ex ferro, inflexum, curvum, aduncum.*

Ἀγκύλη, anſa, anſula, uncinus. וו uncus, uncinus, Exod. XXXVIII, 17. 19 καὶ αἱ ἀγκύλαι αὐτῶν ἀργυραῖ, & *uncini eorum argentei* Vid. & v. 29. Gloſſ. in Octateuch. Cel. *Montfaucono* edit. in Bibl. *Coiſlin.* p. 494. Ἀγκύλας ὀγκίνας, εἰς ἃς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι τῆς κώπης. Ἀγκύλας, *uncinos, quibus immittuntur annuli manubrii.* Ita etiam in Gloſſ. in Octat. Cel. *Fabricio* editis, niſi quod pro ὀγκίνας male legatur ὀγκίους, & ultimo v. κώπης deſit. *Heſychius* etiam Ἀγκύλας exponit ὀγκίνας, *uncinos.* ללאת loramenta, fibulæ, Exod. XXVI, 4. 5. 11. XXXVI, 10. 14.

Ἀγκὼν, cubitus. אציל axilla. Ezech. XIII, 18. *Sym* Eſ. XLI, 19. *Theod.* Jer. XXXVIII, 12. יד manus, 2 Par. IX. 18 קנה canna, ſcapus, Job. XXXI, 22. Vid. & Sir. XLI, 24.

Ἀγκωνίσκος, cubitulus, Metaphor. commiſſura, catenatio, quæ verba *Vitruvio* ſunt familiaria. Exod. XXVI, 17. שתי ידות quæ proprie ſunt *duæ manus*, & l. c. duos cardines denotare videntur, qui tanquam duæ manus ſemet invicem tenent, & *Symmachus* reddit καλοχιῖς, *retinacula*, LXX. δύο ἀγκωνίσκους interpretantur. Vid. & Exod. XXXVI, 19. Gloſſ. in Octat. & Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀγκωνίσκους, ἀντιβάσεις, ἢ σκεύη τιμωρητικὰ, *contraitiones, occurſus, vel inſtrumenta tortoria.*

Ἀγλαΐσμα, ornamentum. id, in quo aliquis gloriatur, jubilat. משוש *Symm.* Pſ. XLVII, 3. תפארת ornamentum. *Symm.* Prov. XIX, 11. *Heſychius*: Ἀγλαΐσμα, καλλονὴ κόσμος. Ἀγλαΐσμα, *pulchritudo, ornatus.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀγλαΐσμα, κάλλος, λάμπρυσμα. Ἀγλαΐσμα, *pulchritudo, ſplendor.*

Ἀγλαισμὸς, nitor vel jubilatio רננים Job. XXXIX, 13. ששון *Symm.* Pſ. XLIV, 8.

Ἁγνία, puritas, ſanctimonia, ſanctificatio. טהרה purgatio, 2 Par. XXX, 19. נזיר Naziræus, Num VI, 3. נזר Naziræatus, Num VI, 21. Vid. & 3 Eſd. IX, 20. 1 Macc. XIV, 36. *Heſychius*: Ἁγνίας, καθαρότητος. *Phavorinus*: Ἁγνία, καθαρότης, ἐπιτασις σωφροσύνης, ἐλευθερια παντὸς μολυσμοῦ, σαρκὸς καὶ πνεύματος. Ἁγνία, puritas, intenſio caſtitatis, libertas ab omni inquinatione, carnis & ſpiritus.

Ἁγνίζω, purifico, ſanctifico, luſtro. & ἁγνίζομαι, abſtineo. הזר ſeparo me, hiph. à נזר Num. VI, 3. ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται, *a vino & ſicera abſtinebit.* התחטא hithp. à חטא expior, purgor a peccatis, Num. VIII, 21. ἡγνίσαντο οἱ Λευῖται, *luſtrabant ſe Levitæ*, Num. XXXI, 23. τῷ ὕδατι τοῦ ἁγνισμοῦ ἁγνισθήσεται, *aqua purificationis luſtrabitur.* טהר pih. & hithp. התטהר 2 Par. XXIX, 16. XXX, 18. קדש Exod. XIX, 10. ἅγνισον αὐτὲς, *purifica illos.* Lex. MS. Octateuch. Ἅγνισον, καθάρισον. Ἅγνισον, *purifica.* Vid. & Jer. XII, 3. 1 Par. XV, 12. ἁγνίσθητε ὑμεῖς, *purificate vos* Vid. & 2 Par. XXIX, 15. XXXIV, 30. 15. & conf. 3 Eſd. VII, 10. & 2 Macc. I, 33. XII, 38.

Ἁγνίζόμενος purificatus. מתקדש part. hithp. Sanctificans ſe ipſum, Eſ. LXVI. 17.

Ἡγνισμένος, purificatus. קדש ſanctitas, 1 Reg. XXI, 5.

Ἀντίζηλος, æmulus, Zelotypus, a. עֵר hoſtis, *Sym.* 1 Reg. XXVIII, 16. *Aqv.* Pſalm. CXXXVIII, 20. צָרָה fœm. q. d. arctatrix, 1 Reg. I, 6. צרר arcto, ango, Lev. XVIII, 18. γυναῖκα ἀντίζηλον, *mulierem Zelotypam* ſive *æmulam.* Vid. & Sir. XXVI, 7. XXXVII, 11.

Ἀντίθετος, oppoſitus. Job. XXXII, 3. In *Hebr.* nihil eſt pro hac voce.

Ἀντικαθίζω, loco alicujus colloco. הושיב hiph. a יָשַׁב habitare facio, 4 Reg. XVII, 26. τὰ ἔθνη, ἃ ἀπώκισας καὶ ἀντικάθισας (ſc. ἀντὶ ὑμῶν Ἰσραὴλ) ἐν πόλεσι Σαμαρείας, *gentes, quas deduxiſti, & loco filiorum Iſraëlis collocaſti in urbibus Samariæ.*

Ἀντικαθίστημι, contra ſtatuo, ſubſtituo. הקים hiph. a קוּם ſurgere facio, Joſ. V, 7. ἀντὶ δὲ τούτων ἀντικατέστησε τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, *pro his autem ſubſtituit filios illorum.* עָנָה reſpondeo, Deut. XXXI, 21. ἀντικατασταθήσεται ἡ ᾠδὴ αὕτη, *opponetur hæc ode.*

Ἀντικαταλλάττω, permutatione renovo. תמורה commutatio, *Sym.* Job. XXVIII, 17. οὐδὲ ἀντικαταλλαγήσεται σκεύεσι χρυσοῦς, *neque commutabuntur pro ea vaſa auri.* Sir. XLVI, 15. καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἀντικαταλλασσόμενον ἐφ' υἱοῖς, *& nomen illorum permutatione renovatum in filiis.* 3 Macc. II, 32. τοῦτα χρήματα περὶ τῆς ζωῆς ἀντικαταλλασσόμενοι, *& pecuniam pro vita perſolventes.*

Ἀντίκειμαι, opponor, reſiſto, adverſor, hoſtis ſum. צור hoſtiliter premo. Exod. XXIII, 22. ἀντικείσομαι τοῖς ἀντικειμένοις σου, *hoſtis ero hoſtium tuorum.* Conf. 2 Macc. X, 26. רדף perſequor, Job. XIII, 25. שטן Zach. III, 1. τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ, *ut reſiſteret illi. Symm.* Pſ. XXXVII, 21. ἀντικεῖντό μοι, *adverſabantur mihi.* Lex. vet. Ἀντίκειμαι, *obſto, refragor, officio.*

Ἀντικείμενος, adverſarius, hoſtis, inimicus. אויב Eſth. IX, 2. Eſ. LXVI, 6. אִישׁ מִלְחָמָה vir belli, 2 Reg. VIII, 11. נחרה part. niph. a חָרָה exardeſcens ira, Eſ. XLI, 11. צור part. arctans, Exod. XXIII, 22. קרא pro קרה (א pro ה) part. eveniens, Eſ. LI, 19. ταῦτα ἀντικείμενά σοι, *hæc quæ adverſa tibi accidunt.* שטן *Theod.* Job. I, 16.

Ἀντικρίνομαι, judicio contendo. contra aliquem, obloquor. מכלם part. hiph. pudore afficiens, Job. XI, 3. ὁ ἀντικρινόμενός σοι, obloquens tibi. עָנָה reſpondeo, Job. IX, 32. οὐ γὰρ εἷς ἄνθρωπος κατ' ἐμοὶ, ᾧ ἀντικρινοῦμαι, *non enim eſt homo contra me, cui in judicio me poſſim opponere.*

Ἀντικρὺ, e regione. נגד *Sym.* Gen. II, 18. ἐπὶ τὸ ἀντικρυς, idem. על־עבר *Sym. Theod.* Exod. XXVIII, 26.

Ἀντιλαλέω, contradico. כרה *Sym.* Pſ. CXXXVIII, 20.

Ἀντιλαμβάνομαι, ſuſcipio, manu porrecta erigo, adjuvo, ſublevo, ſuccurro, opitu or, curam ſuſcipio, vel gero, aſſumo, prehendo, teneo, it. aſſero, vindico, recupero. אויל propr. ſtultus, Pſ. CVI, 17. ἀντιλάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδῶν ἀνομίας, *ſuſcepit* i. e. manu porrecta erexit *illos ex via iniqua.* Ita vocem ἀντιλάβετο etiam vertunt *Beza* & *Grotius* Luc. I, 54. Conf. ad h. l. quæ infra in h. v. poſt Hebr. עזר notata ſunt ex Pſ. CXVII, 13. LXVIII, 34. Eſ. XLII, 1. הקים hiph a קום ſurgere facio, Pſ. LXXXVIII, 42. οὐκ ἀντιλάβω αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ, *non auxiliatus es illi*, vel *non erexiſti illum in bello.* חזק : החזיק pih. & hiph. confirmo, firmiter teneo, Lev. XXV, 35. ἀντιλήψῃ αὐτῷ ὡς προσηλύτου, *ſuſcipies illum tanquam proſelytum* 3 Reg. IX, 9. ἀντελάβοντο θεῶν ἀλλοτρίων, *aſſumſerunt deos alienos*, vel *adhæſerunt diis alienis.* Vid. & 2 Par. VII, 22. 2 Par. XXIX, 34. ἀντιλάβοντο τῆς αἰχμαλωσίας, *curam ſuſcipiebant captivorum.* Conf. Act. XX, 35. 2 Par XXIX, 34. ἀντιλάβοντο αὐτῶν οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, *opitulabantur illis fratres eorum.* Eſ. XLI, 9. ὃν ἀντιλαβόμην ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς, *quem prehendi a finibus terræ.* Eſ LI, 18. οὐκ ἦν ὁ ἀντιλαμβανόμενος τῆς χειρός σου, *non erat, qui apprehenderet manum tuam.* Vid. & Jer. XXIII, 14. Ezech. XVI, 48. χεῖρα πλουσῦ καὶ πένητος οὐκ ἀντελαμβάνοντο, *manum pauperis vel egeni non apprehendebant*, i. e. nullam curam gerebant pauperis vel egeni. Germani dicerent: *Sie nahmen ſich des Armen und Dürftigen nicht an.* כפף incurvo, Mich VII, 6. ἀντιλήψομαι Θεοῦ μου ὑψίστου; *num incurvabo me* (tanquam faciunt qui proſtratum volunt erigere) *coram Deo excelſo?* משגב locus editus, munitio, Pſ. CXLVII, 3. נהל leniter duco, 2 Par. XXVIII, 15. ἀντιλάβοντο αὐτῶν ἐν ὑποζυγίοις, *juvabant illos jumentis*, i. e. impoſuerunt illos jumentis, & duxerunt illis. נצר cuſtodio, ſervo, Pſ. XXXIX, 15. נשא attollo. 3 Reg. IX, 11. Χιρὰμ βασιλεὺς Τύρου ἀντελάβετο τῷ Σαλομὼν ἐν ξύλοις κεδρίνοις, *Chiramus, Rex Tyri, adjuvabat Salomonem lignis cedrinis.* כסה obtego, Pſ. CXXXVIII, 12. ἀντελάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου, *ſuſcepiſti me ex utero matris meæ.* סמך fulcio, ſuſtento, Pſ. CXVIII, 15. ἀντιλαβοῦ μου κατὰ τὸ λόγιόν σου, *curam mei gere juxta verbum tuum.* Eſ. XXVI, 3. ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, *veritatis ſtudioſus.* Vid. & *Sym.* Pſ. XXXVI, 17. סער idem, Pſ. XVII, 38. ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου, *dextera tua me erexit.* Vid. & Eſ. IX, 7. Pſ. XIX, 2. ἐξαποστειλάι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου, *mittat tibi auxilium e ſancto, & e Sion ſuccurrat tibi.* Vid. & *Sym.* Pſ. XXXVI,

XXXVI, 18. עזר juvo, opem fero, 1 Par. XXII, 17. 2 Par XXVIII, 13. Pſ. CXVII, 13. ὠθεῖς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου, *puljus evertebar, ut caderem, ſed Dominus manu porrecta me erexit.* German. *er hat mir wieder aufgeholfen.* עלה folium, Prov. XI, 28. עגב pih. exalto, Pſalm. LXVIII, 34. πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμι ἐγὼ, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντιλάβοιτό μου, *ego ſum pauper & afflictus, ſalus tua, Deus, erigat me.* שיוב Chald. pah. libero, Dan. VI, 27 ἀντιλαμβάνεται καὶ ῥύεται, *ſuccurrit & liberat.* Conf. ad h. l. Eſ. LXIII, 5. תמך prehendo, teneo, Gen. XLVIII, 17. ἀντελάβετο Ἰωσὴφ τῆς χειρὸς τοῦ πατρὸς, *prehendebat Joſephus manum patris.* Pſ. LXII, 8. ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου, *me tenuit dextera tua.* Eſ. XLII, 1. Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, *Jacobus ſervus meus, prehendam illum ad erigendum.* Vid. & *Aqv.* Pſ XVI, 5. Sir. III, 11. ἀντιλαβοῦ ἐν γήρᾳ πατρός σου, *curam ſuſcipe patris tui in ſenectute.* Sir. XII, 4. δὸς τῷ ὁσίῳ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, *da pio, & non ſuſcipias peccatorem.* Sir. XXIX, 12. ἀντιλαβοῦ πένητος, *ſuſcipe pauperem*, vel *ſuccurre pauperi.* Vid. & y. 23. 1 Macc. II, 48. ἀντελάβοντο τοῦ νόμου ἐκ χειρὸς τῶν ἐθνῶν, *aſſeruerunt legem e manu gentium.*

Ἀντιλαμβανόμενοι, auxiliatores. אופים plur. agmina, Ezech. XII, 14. עזר propr. auxilium, ibid.

Ἀντιλήψιμος, opitulator, defenſor. מעוז part. hiph. interceſſor, Eſ. LIX, 16.

Ἀντιλάμπω, reſplendeo. 2 Macc. I, 32.

Ἀντιλέγω, contradico. אמר dico, *Aqv.* Pſalm. CXXXVIII, 20. *Sym.* Job. XVI, 8. הריב hiph. a רוב litigo, Oſ. IV, 4. λαός μου, ὡς ἀντιλεγόμενοι ἱερεῖς, *populus meus tanquam ſacerdos, cui contradicitur.* Similiter Luc. II, 34 σημεῖον ἀντιλεγόμενον, *ſignum, cui contradicitur.* נסוג אחור niph. a כוג recedo, Eſ. L, 5. οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω, *non inobediens ſum, neque contradico.* Conf. Eſ. LXV, 2. ubi עם סורר LXX. reddunt λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, *populum inobedientem & contradicentem.*

Ἀντιλήπτωρ, opitulator, auxiliator, defenſor. מגן clypeus, Pſ. CXVIII, 13. βοηθός μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σὺ, *auxiliator meus, & defenſor meus es tu.* Vid. & Pſ. III, 3. מרמה refugium, Pſ XC, 2. משגב locus editus, munitio, 2 Reg. XXII, 3. Pſ. XVII, 3. XLV, 7. 11. & alibi משך חסד part. protendens benignitatem, Pſ. CVIII, 11. כלע petra, Pſ XLI, 12. צור rupes, Pſ. LXXXVIII, 26. Vid. & Judith. IX, 12. Sir. XIII, 24. *Heſychio*: Ἀντιλήπτωρ eſt ἀντι-

ἀντιλαμβανόμενος, ὑπερασπιστὴς, βοηθὸς, *auxiliator, propugnator, opitulator.*

Ἀντίληψις, opitulatio, auxilium. אילת Pſ. XXI, 1. ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, *pro auxilio matutino* ſeu *ocyſſimo.* Conf. Eruditiſſ. *Jac. Haſæi* Anal. Bibl. in Bibl. Brem. Cl. II. p. 1000. ſq. זרוע brachium, Pſ. LXXXII, 7. מגן clypeus, Pſ. LXXXVIII, 18. מעוז robur, Pſ. CVII, 8. עוז idem, Pſ. LXXXIII, 6. עזרה auxilium, Pſ. XXI, 20. *Phavorinus:* Ἀντίληψις, ἀντὶ τοῦ ἐπίληψις. Ἀντίληψις, *opitulatio.* 2 Macc. XI, 26. πρὸς τὴν τῶν ἰδίων (ſc. πραγμάτων) ἀντίληψιν, *ad res domeſticas curandas.* Gloſſar. Mediceum: Ἀντίληψεις, προστασίαι τῶν καταπονουμένων. Ἀντιλήψεις, *opitulationes afflictorum.* Vide *Pricæum* ad 1 Cor. XII, 28. & alios laudatos *Wolfio* ad eund. loc. p. 500.

Ἀντιλογία, contradictio, lis, diſceptatio. דבר propr. verbum, Exod. XVIII, 16. מדון, in plur. מדינים contentio, Pſ. LXXIX, 7. Prov. XVIII, 18. מרי rebellio, Prov. XVII, 11. מריבה contentio, lis, Num. XX, 13. ריב idem, Deut. I, 12. XXV, 1. 2 Reg. XV, 4. עשק oppreſſio, *Sym. Theod.* Eſdr. XXX, 12. שוט ſcutica, *Incert.* Job. V, 21. רשע improbitas, *Sym.* Job. XX, 29.

Ἀντιμαρτυρέω, teſtor contra aliquem. 2 Macc. VII, 6.

Ἀντιμάχομαι, repugno. צר arctus, *Theod.* Eſ. LIX, 19. ἀντιμαχόμενος.

Ἀντίον, adjectiv. neutr. adverſum, contrarium, Nah. I, 11. βουλευόμενος ἀντία, *conſulens contraria.*

Ἀντίον, nom. ſubſt. liciatorium, jugum textorium. מנור 2 Reg. XXI, 19. ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, *tanquam jugum textorum. Aqv. Theod.* 1 Reg. XVII, 7. Gloſſ. MSS. in Lib. 3. Reg. Ὡς ἀντίον ὑφαινόντων. ἀντίον λέγεται, ἔνθα τὸ κανόνιον τὸ μέσον τοῦ ἱστοῦ βάλλομεν, ὅπερ καὶ μεσάγκονον (Conf. Μεσάντιον infra) λέγεται. Ὡς ἀντίον ὑφαινόντων. ἀντίον *dicitur, cui medium telæ lignum immittimus, quod etiam* μεσάγκονον *vocatur.* Gloſſ. Cod. *Fabric.* in Lib. 3 Reg. Ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, κανόνιον τὸ μέσον τοῦ ἱστοῦ. Ὡς ἀντίον ὑφαινόντων, *tanquam medium telæ lignum.*

Ἀντίπαλος, adverſarius. 2 Macc. XIV, 7. Conf. *Ælian.* Var. XIV, 25.

Ἀντιπαραβάλλομαι, me objicio. Sir. XXIII, 13. ἔστι λέξις ἀντιπαραβεβλημένη (Sic enim cum *Grotio* legendum puto pro ἀντιπεριβεβλημένη θανάτῳ, *eſt elocutio morti ſe objiciens,* vel *in mortis periculum incurrens.*

Ἀν-

Ἀντιπαράγω, ex adverſo procedo. 1 Macc. XIII, 20. ἡ παραμβολὴ αὐτῶ ἀντιπαρῆγεν αὐτῷ εἰς πάντα τόπον, ὃ ἂν ἐπορεύετο, *caſtra ejus ex adverſo illi procedebant in omnem locum, quocunque ille tendebat.*

Ἀντιπαραγωγὴ, hoſtilis incurſio. Eſth. XIII, 5.

Ἀντιπαρατίθημι, æquo, coæquo. ערך *Sym.* Pſ. LXXXVIII, 7. ἀντιπαραθήσει.

Ἀντιπαρέρχομαι, ex adverſo prætereo. Sap. XVI, 10. τὸ ἔλεός σου γὰρ σε ἀντιπαρῆλθεν, καὶ ἰᾶτο αὐτούς, *miſericordia enim tua ex adverſo præteribat & ſanabat illos.* Conf. Luc. X, 31. 32.

Ἀντιπέρα, ex oppoſito. אל־יעבר *Aqv.* Deut. XXX, 13.

Ἀντιπεριβάλλω, ex adverſo cingo, circumveſtio. Sir. XXIII, 13. Sed vide v. Ἀντιπαραβάλλομαι.

Ἀντιπίπτω, contra cado, ex adverſo attingo vel retineo, vel concurro, adverſor, obnitor, obloquor, diſcepto, litigo. הקביל hiph. recipio, contineo, Exod. XXVI, 5. XXXVI, 10. ἀγκύλαι, *anſulæ*, dicuntur ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι εἰς ἀλλήλας, *ex adverſo ſemet invicem retinentes.* משלב part. pyh. Exod. XXVI, 17. δύο ἀγκωνίσκους τῷ σύλῳ τῷ ἑνὶ ἀντιπίπτοντας ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, *duos cardines aſſeri uni* facies, *qui unum aſſerem cum altero ex adverſo jungant.* מריבה contentio, lis, Num XXVII, 14. ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγὴν, *cum diſceptaret populus.*

Ἀντιπνέω, ex adverſo ſpiro. כמר pih. horrifico, *Aqv.* Job. IV, 15. ἀντιπνεῖ.

Ἀντιποιέομαι, contra vel viciſſim fio, & in med. vendico. attribuo, mihi, it. recupero. גאל vindico, *Sym.* Job. III, 5. דרש requiro, *Sym.* Job. III, 4. μὴ ἀντιποιήσαιτο αὐτῆς, *ne ſibi vendicet illam.* הכתולל hitph. attollo me, *Aqv.* Exod. IX, 17. מחה cohibeo, *Al.* Dan. IV, 32. יעשה facio, Lev. XXIV, 19 ὡς ἐποίησεν αὐτῷ, οὕτως ἀντιποιηθήσεται αὐτῷ, *ut fecit illi, ſic viciſſim illi fiet.* 1 Macc. XV, 3. ἀντιποιήσασθαι τῆς βασιλείας, *recuperare regnum.*

Ἀντιπολεμέω, repugno. אנשי מלחמה viri belli, Eſ. XLI, 12. οἱ ἀντιπολεμοῦντές σε, *contra te pugnantes.*

Ἀντιπράττω, reſiſto. 3 Eſdr. II, 26. πόλις ἐκείνη βασιλεῦσιν ἀντιπράσσουσα, *civitas illa Regibus reſiſtens.* Vid. & 2 Macc. XIV, 29.

Ἀντιπρόσωπος, qui adverſam frontem habet, adverſus. Exod. XXVI. 5. מקבילת הללאת אשה אל אחתה *ligulæ ſemetinvicem*

recipientes, redduntur ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι εἰς ἀλλήλας ἑαυτῶν, *ex adverso ſemet invicem retinentes.* לקרת in occurſum, obviam, Gen. XV, 10. ἔθηκεν αὐτὰ ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις, *poſuit illa ſibimetinvicem adverſa.* פנים facies, frons, 2 Reg. X, 9. καὶ εἶδεν Ἰωάβ, ὅτι ἐγενήθη πρὸς αὐτὸν ἀντιπρόσωπον τὸ πολέμου ſc. μέρος, & *videbat Joabus, quod pars adverſa belli contra ſe fieret*, i. e. quod contra ſe acies procederet. 1 Par. XIX, 10. ὅτι γεγόνασιν ἀντιπρόσωποι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν, *quod adverſa fronte accederent, ad pugnandum contra ipſum.* על פני *ſy* coram facie, a fronte, Ezech. XLII, 8.

Ἀντίπτωμα, caſus adverſus, ruina. Sir. XXXI, 34. XXXII, 21.

Ἀντίῤῥησις, contradictio. פתגם propr. decretum, ſententia, Eccleſ. VIII, 11. ὅτι οὐκ ἔστι γινομένη ἀντίῤῥησις ἀπὸ τῶν ποιούντων τὸ πονηρὸν ταχύ, *quia non celeriter decretum pronunciatur contra illos, qui malum faciunt.* שוב revertor, *Sym.* Job. XXI, 34.

Ἀντισταθμίζομαι, comparor. כלה pyh. æſtimor, *Incert.* Job. XXVIII, 19. ἀντισταθμισθήσεται, *comparabitur.*

Ἀντιστήριγμα, firmamentum, fulcimentum. משען ſcipio, cui quis innititur, 2 Reg. XXII, 19. Pſ. XVII, 21. סמך part. fulciens, Ezech. XXX, 6. Vid. & Sir. XXXIV, 16.

Ἀντιστηρίζω, fulcio, ſuſtento, & Ἀντιστηρίζομαι in med. innitor. נשען Eſ. L, 10. ἀντιστηρίσασθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, *innitamini Deo.* סמך Pſ. XXXVI, 25. ὅτι Κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτῷ, *quia Dominus ſuſtentat manum ipſi.* Eſ. XLVIII, 2. ἐπὶ τῷ Θεῷ Ἰσραὴλ ἀντιστηριζόμενοι, *qui innitimini Deo Iſraëlis.*

Ἀντιστρέφω, in contrarium verto. שכול carentia liberorum, orbitas, *Al.* Pſ. XXXIV, 14. ἀντιστραμμένα.

Ἀντισχύω, viribus obnitor, contra nitor. עז roboror, *Al.* Dan. XI, 12. ἀντισχύσει.

Ἀντιτάσσομαι, in acie contra hoſtem ſto, oppono me, repugno, reſiſto, it. oppono me pro aliquo, tueor aliquem. הלץ hiph. a לוץ illudo, Prov. III, 34. השית נשיא hiph. a שית pono principem, 3 Reg. XI, 34. ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτῷ, *opponendo opponam me pro illo.* Eo enim ſenſu phraſin LXX. ut ex contextu apparet, accepiſſe videntur. נשא נשא deportando deporto. Oſ. I, 6. ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτοῖς, *opponendo opponam me illis. Heſychius:* Ἀντιτάσσεται, ἀντικεῖται. Ἀντιτάσσεται, *reſiſtit.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀντιτάξασθαι, πολεμῆσαι. Ἀντιτάξασθαι, *pugnare.* Conf. *Cl. Elsnerum* ad Act. XVIII, 6. p. 452.

Ἀντι-

Ἀντιτίθημι, loco alicujus pono. הביא hiph. a בוא venire facio, Lev. XIV, 42. ἀντιθήσασι ἀντὶ τῶν λίθων, *loco lapidum ponent.*

Ἀντιφθέγγομαι, contradico. ענה respondeo, *Sym.* Job. XXXIX, 32.

Ἀντιφωνέω, respondeo. 1 Macc. XII, 18.

Ἀντλέω, haurio, tolero. דלה hauriendo haurio, Exod. II, 19. ἤντλησεν ἡμῖν, *hauriebat aquam.* נשא fero, porto, Prov. IX, 12. ubi tamen pro ἀντλήσεις legend. ἐν τλήσεις. Vide *Cl. Grabii* Proleg. in LXX. Int. T. IV. c. 4. §. 3. שאב Gen. XIV, 13. 20. Eſ. XII, 3.

Ἀντοφθαλμέω, adverſis oculis intueor, obluctor, obnitor. Sap. XII, 14. ὅτι βασιλεὺς ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι, *neque rex neque princeps tibi poteſt obniti. Al.* Sir. XIX, 5. ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στέφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ, *qui autem voluptatibus reſiſtit, coronat vitam ſuam.*

Ἄντρον, antrum, ſpelunca. ארמון arx, palatium, 3 Reg. XVI, 18. εἰσπορεύεται εἰς ἄντρον τοῦ οἴκου βασιλέως, *introibat in locum ſubterraneum domum Regis.* צריח arx, propugnaculum, *Incert.* Jud. IX, 49. *Heſychius:* Ἄντρον, σπήλαιον, ἢ ὑπόγαιος τόπος, ἢ σκοτεινὸν σπήλαιον. Ἀντρὼν, *ſpelunca, vel locus ſubterraneus, vel profundus, vel obſcura ſpelunca.*

Ἀντρώδης, antri ſpeciem habens, cavernoſus. 2 Macc. II, 5. ἔυρεν οἶκον ἀντρώδη, *invenit domum cavernoſam. Heſychius:* Ἀντρώδη, σπηλαιώδη. Ἀντρώδη, *cavernoſum.*

Ἄνυδρος, aqua carens. בלי מים ſine aqua, Pſ. LXII, 3. יבשה arida, Eſ. XLIV, 3. ἐν ἀνύδρῳ ſc. γῇ, *in terra arida.* ישימון ſolitudo, Pſ. LXXVII, 45. CV, 15. CVI, 4. עיף laſſus, it. ſitibundus, Pſ. CXLII, 6 ὡς γῆ ἄνυδρος, *tanquam terra arida.* ציה ſiccitas, ſiceus locus, Pſ. CIV, 40, ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις (ſc. τόποις) ποταμοὶ, *fluebant in locis aridis flumina.* Oſ. II, 3. τάξω αὐτὴν ὡς γῆν ἄνυδρον, *ponam illum tanquam terram aridam.* ערב aridus locus, Eſ. XXXV, 7.

Ἄνυδρος γῆ, terra carens aqua, ſiticuloſa. מדבר deſertum, Eſ. XLI, 19. θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, *ponam in terram aridam cedrum.* Conf. *Cl. Alberti* ad Matth. XII, 43.

Ἀνύπαρκτος, qui non exiſtit. אלילים plur. idola. *Symm.* Pſalm. XCV, 5. ἀνύπαρκτοι, *non exiſtentes.*

Ἀνυπαρξία, exiſtentiæ finis, interitus, vel inopia. בלרה *Sym.* Job. XXVII, 20. *Aqv.* Job. XVIII, 14. *Theod.* Job. XVIII, 15.

Ἀνυπέρβλητος, qui ſuperari non poteſt, quem nemo ante-

cellit, præſtans, excellens. Judith. XVI, 11. *Phavorinus*: Ἀνυπέρβλητος, προέχων. Ἀνυπέρβλητος, *excellens.*

Ἀνυπερθισία. nulla dilatio, celeritas, ira celer, excandeſcentia. עברה *Aqv.* Pſ. VII, 7. Oſ. V, 10. Amos. I, 11. Conf. *Druſium* in Fragm. Vet. Int. Græc. Pſalm. l. c.

Ἀνυπερτίθεω, iram non differo, excandeſco. התעבר *Aqv.* Pſalm. LXXVII, 21. 59. ἀνυπερτίθησιν, *excandeſcebat.*

Ἀνυπερθέτως, ſine mora, ſine dilatione, 3 Macc. V, 42. Lex. Vet. Ἀνυπερθέτως, *immoranter, incunctanter, procul dubio.*

Ἀνυπόδητος, diſcalceatus, nudus pedibus. יחף Eſ. XX, 2. 3. 4. שולל ſpoliatus, Mich. I, 8. Vocem ἀνυπόδητος rejiciunt *Thomas Magiſter* & *Phrynichus*, & rectius dici ἀνυπόδητος adſerunt. Sed apud *Xenophontem* & *Ælianum* occurrit etiam ἀνυπόδητος. Vide *Perizonium* ad *Ælian.* Var. VII, 13.

Ἀνυπόκριτος, minime fucatus, ab omni ſimulatione alienus, it. perſonas non reſpiciens. Sap. V, 19. περιθήσεται κόρυθα κρίσιν ἀνυπόκριτον, *circumpones tanquam galeam judicium a perſonarum reſpectu alienum.* Vid. & Sap. XVIII, 16 *Heſychius*: Ἀνυπόκριτος, ἀδόλος, ἀπροσωπόληπτος. Ἀνυπόκριτος, *a dolo, a perſonarum reſpectu alienus.*

Ἀνυποίητος, qui eſt extra ſuſpicionem, vel de quo nulla eſt ſuſpicio, vel expectatio. Sir. XI, 5.

Ἀνυπόσατος, cujus impetus ſuſtineri nequit, inſuperabilis, בל על nequam, *Sym.* Prov. XVI, 27. ἀνυπόσατος. Ubi tamen legendum videtur ἀνυπότακτος qua voce & *Symmachus* Hebr. בליעל interpretatur 1 Reg. II, 12. זדונים plur. ſuperbi, Pſalm. CXXIII, 4. τὸ ὕδωρ ἀνυπόσατον, *aqua, cujus impetus ſuſtineri nequit.* Sic *Juliano* Orat. I. p. 34. χειμάῤῥες ἀνυπόσατος, *torrens, cujus impetus ſuſtineri nequit.* ליש leo fortiſſimus, *Sym.* Job. IV, 11. ἀνυπόσατος λέων, *leo inſuperabilis* עריצים prævalidi, *Sym.* Job. XXVII, 13. 2 Macc. I, 13. ἡ περὶ αὐτὸν ἀνυπόσατος δοκοῦσα εἶναι δύναμις, *exercitus ejus, qui inſuperabilis eſſe videbatur*, vel qui talis eſſe videbatur, ut ſuſtineri a nemine poſſet. Sic *Julianus* Orat II. p 60. ἄμαχον καὶ ἀνυπόσατον nempe στράτευμα dixit exercitum *invictum, ac ut ſuſtineri a nemine poſſet.* Et eodem ſenſu vocem uſurpaſſe *Polybium* & *Xenophontem* ad *Julian.* p. 223. obſervat ill. *Spanhemius.* Conf. *Pollucem* Lib. I. ſegm. 157. ubi ἄμαχοι, δυσμαχοι, ἀπροσπτωτοι, δυσαντιβλητοι, ἀνίκητοι conjunguntur. Orat. Manaſſ. v. 5. ἀνυπόστατος ἡ ὀργή, *ira intolerabilis.* *Suidas*: Ἀνυπόστατον, ἀντὶ τοῦ ἀφόρητον. Ἀνυπόστατον, *intolerabile.*

Ἀνυπότακτος, refractarius. בליעל nequam. *Sym.* 1 Reg. II,

II, 12. ἀνυπότακτοι, *refractarii*. Conf. quæ notavi in Ἀνυπόστατος ex Prov. XVI, 27.

Ἀνυψόω, ſublevo, erigo, exalto. אחי Chald. aph. conjungo, Eſdr. IV, 12. רומם : הרים pih. & biph. a רום exalto, 1 Reg. II, 7. ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ, *humiliat & exaltat*. Conf. Sir. VII, 12. Sir. XXIV, 14. ὡς κέδρος ἀνυψώθην ἐν τῷ Λιβάνῳ, *tanquam cedrus exaltatus ſum in Libano*. Sir. XXVIII, 11. κατὰ τὸν πλοῦτον ἀνυψώσει ὀργὴν αὐτῆ, *juxta divitias exaltabit iram ſuam*, i. e. quo magis divitiis abundabit, eo magis iraſcetur.

Ἄνω, ſupra, ſurſum. מעל Pſ. XLIX, 5. ממעל Prov. VIII, 28. τὰ ἄνω νέφη ſc. ὄντα, *nubes quæ ſurſum ſunt*. מעלה Deut. XXVIII, 43. למעלה κατίσχυσεν ἕως ἄνω, *invaleſcebat usque ad ſummum*. Eccleſ. III, 21. εἰ ἀναβαίνει εἰς ἄνω, *num aſcendat ſurſum*. עליון ſupremus, Joſ. XVI, 5. ἕως Βαιθωρὼν τῆς ἄνω, *usque ad Bethoron ſuperiorem*. Vid. & 1 Par. VII, 24. 2 Par. VIII, 5. Eſ. VII, 3. τῆς ἄνω ὁδῦ, *viæ ſuperioris*. עלית ſuperior, Joſ. XV, 19.

Vide alibi Ὕδωρ βίαιος ἄνω φερόμενον. ἄνω Φύω.

Ἄνωθεν, ſuperne, deſuper. מעל Exod. XXV, 22. ἄνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου, *ſupra propitiatorium*. ממעל Exod. XXXIX, 19. 3 Reg. VII, 3. למעלה Ezech. XLI, 7. מלמעלה Gen. VI, 16. *Theod.* Joſ. III, 13.

Ἀνώτατος, ſuperlat. ſupremus. עליון *Sym.* Pſ. LXXXVIII, 27. ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς, *ſupremum regum terræ*.

Ἀνώτερον, ſuperius. ממעל Lev. XI, 21.

Ἀνώτερος, compar. ſuperior. למעלה למעלה ſupra ſupra, Ezech. XLI, 7. עליון ſupremus, Neh. III, 25.

Ἀνώνυμος, qui eſt ſine nomine, vel non nominandus, infandus, inglorius, obſcurus. בלי־שם ſine nomine, *Incert.* Job. XXX, 8. Vid. & Sap. XIV, 27.

Ἀνωφέλεια, inutilitas. און vanitas, *Aqv.* Jer. IV, 14.

Ἀνωφελὴς, inutilis. אין לחם ſine pane vel cibo, Prov. XXVIII, 3. לא הועיל non prodeſt, Jer. II, 8. און vanitas, *Al.* Pſ. IX, 29. *Aqv. Sym.* Joſ. VII, 2. *Aqv.* Job. IV, 8. XV, 35. Jer. IV, 14. Εἰς ἀνωφελῆ, ad nihil utile. לבלתי הועיל non prodeſt, Eſ. XLIV, 10.

Ἀξία, dignitas, meritum. Ita vulgo in Lexicis exponitur, quaſi eſſet ſubſtantivum. Sed *L. Bos* de Ellipſ. p. 93. merito pro adjectivo habet, & τὴν ἀξίαν Græcos dicere pro κατὰ τὴν ἀξίαν τιμὴν obſervat. Eamque in rem affert locum *Xenophontis* Κύρ. παιδ. II, 8. ἔδοξε δ' ὃν κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον τι-

μαθαι, *viſum igitur eſt, pro merito quemque ornandum.* Similiter Sir. X, 31. δὸς αὐτῇ τιμὴν, κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. *Da illi honorem, pro merito ejus.* Et Sir. XXXVI, 11. 18. πόιησον τὸ πένθος, κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆ, *fac luctum ſecundum meritum ejus.* Conf. & *Ælian.* Var. L. II, c. 3. Additur autem τιμὴ apud *Heſychium* in Ἀξία τιμὴ, quod exponitur καθῆκον ἀξιώμα, (ſic enim ſine interpunctione legend.) *dignitas conveniens.* Ceterum apud eundem Grammaticum Κατ' ἀξίαν etiam redditur, κατὰ δόξαν, *pro dignitate.*

Ἀξινάριον, ſecuris, ſecuricula. קרדם *Sym.* 1 Reg. XIII, 20.

Ἀξίνη, ſecuris. גרזן Deut. XIX, 5. Eſ. X, 15. קרדם Jud. IX, 48. 1 Reg. XIII, 20. *Heſychius*: Ἀξίνη, δίτομος πέλεκυς. Ἀξίνη, *anceps ſecuris.*

Ἀξιόπιστος, fide dignus, fidelis. אמונה propr. fides, veritas, Prov. XXVIII, 20. ἀνὴρ ἀξιόπιστος, *vir fidelis.* נאמן part. niph. Prov. XXVII, 6. ἀξιοπιστότερα ἐστι τραύματα φίλου ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ, *vulnera ab amico inflicta, fidelia magis ſunt,* vel *majorem fidem declarant, quam ſpontanea oſcula inimici.* 2 Macc. XV, 11. ὄνειρον ἀξιόπιστον, *ſomnium fide dignum.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀξιόπιστον, ἄξιον τοῦ πιστεύεσθαι.

Ἄξιος, dignus, conveniens, par, æqualis. מלא plenus. 1 Par. XXI, 22. ἐν ἀργυρίῳ ἀξίῳ δὸς μοι αὐτὸν, *pro argento digno da mihi illum.* Vid. & Gen. XXIII, 9. 1 Par. XXI, 24. שוה utilis, Eſth. VII, 4. בני מות filii mortis, *Sym.* 1 Reg. XXVI, 16. *Aqv. Sym.* 2 Reg. XII, 5. ἄξιοι θανάτου, *digni morte.* Conf. ἄξιος Πληγῶν. Sap. I, 16. ὅτι ἄξιοι εἰσὶν τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι, pro τοῦ τῆς ἐκείνου &c. *quoniam digni ſunt, qui ſint ex parte ejus.* Similis conſtructio. Sap. XVIII, 1. & Luc. XV, 19. Sap. III, 5. ἔφρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, *invenit, illos ſe dignos,* i. e. ſibi convenientes. Vid. & Sap. VI, 16. & conf. Matth. X, 38. Sap. XII, 7. ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται Θεοῦ παίδων παρά σοι πασῶν τιμιωτάτη γῆ, *ut terra tibi omnium pretioſiſſima, coloniam reciperet filiis Dei dignam.* Sap. XII, 26. ἀξίαν Θεῷ κρίσιν πειράσεσθε, *judicium Deo dignum experientur.* Sap. XIX, 4. ἕλκει γὰρ αὐτοὺς ἡ ἀξία ἐπὶ τοῦτο τὸ πέρας ἀνάγκη, *trahebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas.* Sir. XXVI, 17. οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς, *omne pondus non æquat animam continentem,* i. e. nihil præſtantius, nihil pretioſius eſt anima continente. Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἄξιοι, ἴσοι. Ἄξιοι, *æquales.* 2 Macc. VI, 24. οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἄξιόν ἐστιν ὑποκριθῆναι, *non enim noſtra ætate dignum eſt, ſimulare.*

Ἄξιον ἀποβαίνει, dignum evenit. השה niph. a נשה oblivi-ſcor, Job. XI, 6. ὅτι ἀξιά σοι ἀπέβη ἀπὸ Κυρίου, ὧν (pro τούτων,

τούτων, ὧν) ἡμάρτηκας, *quod digna peccatis tuis tibi a Domino eveniant.* Similis constructio Job. XXXIII, 27. & Luc. XXIII, 41.

Ἄξιός εἰμι, dignus sum. שוה æquiparor, æqualis sum, Prov. III, 15. VIII, 11. πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι, *omne pretiosum autem non est æquiparandum illi.*

Ἄξια ἐτάζω. Vid. infra in Ἐτάζω.

Ἄξιον ἡγοῦμαι, dignum æstimo. השית hiph. a שות pono, Job. XXX, 1.

Ἀξιοπρεπὲς, dignitas. הדר decor, *Sym.* Ps. LXXXIX, 16.

Ἀξιόω, dignum censeo, it. precor, peto, postulo. בעא : בעה Chald. peto, Dan II, 16. ἠξίωε τὸν βασιλέα, *rogabat Regem.* Ita *Polybius*: Οἱ δὲ γεραιοὶ ἀξιοῦσι τὸν βασιλέα, *seniores vero regem rogant.* Vide *Suidam* in v. Ἀξιωμένου, ubi ἀξιοῦσι ἀντὶ τοῦ παρακαλοῦσι, *pro rogant*, usurpari docet. Dan. II, 23. ἃ ἠξιώσαμεν παρὰ σοῦ, *quæ petivimus abs te.* Conf. Act. XXVIII, 22. & ad h. l. *Jac. Hasæum* in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 358. Dan. VI, 11. εὗρον τὸν Δανιὴλ ἀξιοῦντα καὶ δεόμενον, *inveniebant Danielem orantem & obsecrantem.* בקש pih. idem, Esth. IV, 7. Dan. I, 8 בקשה petitio, Esth. IX, 12. בקשה & שאלה junctim, Esth., V, 6. חתחנן hitph. deprecor, Esth. VIII, 3. נטש permitto, Gen. XXXI, 28. καὶ οὐκ ἠξιώθην καταφιλῆσαι τὰ παιδία μου, *& non dignus habitus sum, qui osculare liberos meos.* נשא attollo, Jer. VII, 15. XI, 14. נא אנם quæso, *Sym.* 1 Reg. XV, 25. שוה pih. æquiparo, *Sym.* Psalm. CXXX, 3. ἠξίωσα, pro quo tamen *al.* ἐξίσωσα. Conf. v. Ἐξισόω.

Ἀξίωμα, dignitas, auctoritas, majestas, petitio, postulatio. הדר decor, majestas, *Al.* Ps. XLIV, 5. CX, 3. *Aqv.* Ps VIII, 6. *Sym* Es. V, 3. Conf. 2 Macc. IV, 31. Sic *Æliano* Var. VIII, 12. τὸ ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου est *majestas synedrii. Hesychius*: Ἀξίωμα, δόξα. Ἀξίωμα, *gloria*: Idem: Ἀξιώματι, δόξῃ Ἀξιώματι, *gloria.* בקשה Esth. V, 7. τὸ αἴτημά μου, καὶ τὸ ἀξίωμα μου, *petitio mea, & postulatio mea.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Τὸ ἀξίωμα, τὸ αἴτημα. Το ἀξίωμα, *postulatum.* פלילי propr. judex, Exod. XXI, 22. רנה clamor, Psalm. CXVIII, 169 Ad hunc locum respiciens *Suidas* ita: Ἀξίωμα, ἡ ἱκετεία. Ἀξίωμα, *supplex oratio.* 3 Esdr. VIII. 4. εὑρόντι χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἀξιώματα αὐτοῦ, *inuenienti gratiam coram illo in omnibus quæ petebat.*

Ἀξίως, digne, merito, juste, convenienter, Sap. VII, 16. XVI, 1. Sir. XIV, 11.

Ἄξων, axis, it. orbita, semita. אפן rota, Exod. XIV, 26. καὶ συνέδησε τοὺς ἄξονας τῶν ἁρμάτων, *& colligavit axes cur-*

ruum

rotum Vid. & Sir. XXXIII, 5. *Hesychius*: Ἄξονα, ξύλον τὸ τὰς τροχὰς φέρον. Ἄξονα, *lignum rotas ferens*. Idem: Ἄξων, τὸ διὰ τῶν τροχῶν διῆκον ξύλον περὶ ὃ στρέφονται Ἄξων, *lignum per rotas transiens, circa quod vertuntur.* Conf. *Schæfferum* de Re Vehic. L. I. c. 5. p. 35. מעגל orbita, Prov. II, 9. 18. נתיב id. *Incert.* Prov. III, 17.

Ἀοίκητος, inhabitabilis, incultus. חוצה propr. platea, rus, Prov. VIII, 26 Κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους sc. τόπους, *Dominus fecit regiones, & loca inhabitabilia.* לא ישב non habito, Job. XV, 28. משואה devastatio, Job. XXXVIII, 27. τοῦ χερτάσαι ἄβατον καὶ ἀοίκητον sc. γῆν, *ut impleat terram invia & inhabitabilem.* נשמה desolata, *Sym.* Psalm. LXVIII, 26. שיחור Nilus, fluvius Ægypti, Jos. XIII, 3. שמכת desolatio, Jos. VIII, 28. תל tumulus, Deut. XIII, 16. תלאובה siccitas, Os. XIII, 5. ἐν γῇ ἀοικήτῳ, *in terra inhabitabili.* ערבה desertum, *Sym.* Jos. III, 16. Job. XXXIX, 6. ילל ejulatus, *Aqv.* Deut. XXXII, 10. תנין draco, *Aqv.* Ps. XLIII, 21.

Ἀοίκητος εἰμι, inhabitabilis sum. קוט fastidio, Job. VIII, 14.

Ἀορασία, cæcitas. סנור Gen. XIX, 11. עורון Deut. XXVIII, 28. Vid. & Sap. XIX, 16. 2 Macc. X, 30.

Ἄορατος, invisibilis. מסתר absconsio, absconditum, Es. XLV, 3. תהו inane, Gen. I, 2. Vid. & 2 Macc. IX, 5. *Hesychius*: Ἀόρατον, μὴ θεωρούμενον. Ἀόρατον, *illum, qui non videtur.* Conf. *Suicer.* Thes. T. I. p. 101.

Ἀορία, tenebræ. אפלה caligo, Es. LIX, 9.

Ἀόχλητος, immunis a molestia, imperturbatus, quietus. שאנן pih. tranquille ago, *Sym.* Job. III, 18.

Ἀπαγγελία, nuncium. הגד inf. hoph. ab הגיד Jos. IX, 24. Ruth. II, 11. שמע auditio, Nah. III, 19.

Ἀπαγγέλλω, annuncio, renuncio, declaro, significo, resolvo, explico, interpretor. אמא dico, loquor, Jos. II, 2. הגיד hiph. a נגד Gen XII, 18. & alibi sæpissime. Jud. XIV, 12. sqq. ἀπαγγέλλειν πρόβλημα est *resolvere*, vel *explicare problema.* Amos. IV, 13. ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ, *annuncians hominibus unctum ipsius.* Similiter Luc. VIII, 34. ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, *renunciarunt urbi.* הוריע hiph. a ידע notum facio, Ps. LXXXVIII, 2. CIV, 1. הוצוא hiph. a יצא exire facio, Es. XLVIII, 20. המה propr. strepo, Ps. LIV, 19. חוה: החוו Chald. pah. & aph. Dan. II, 6. τὴν σύγκρισιν ἀπαγγείλατέ μοι, *interpretationem indicate mihi.* Vid. & v. 7. 11. 16. נועץ niph. a יעץ consilium ineo, 3 Reg. XII, 6. ספר narro, Ps. LXXVII, 5. 8. פתר interpretor, Gen. XLI, 8. καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀπαγγέλλων αὐτό, *& non erat,*

erēt, qui interpretaretur illud ſc. ſomnium. קרא clamo, Eſ. XXX, 7. שלח mitto, 2 Reg. XI, 22. שמע audio, in niph. & hiph. Neh. VI, 7. Nah. I, 15. *Heſychius:* Ἀπαγγέλλω, φανερὸν ποιῶ. Ἀπαγγέλλω, *manifeſtum facio.*

Ἀπάγχω, ſtrangulo, ſuffoco. נחנק niph. 2 Reg. XVII, 23. καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ ἐνετείλατο τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἀπήγξατο, καὶ ἀπέθανε, & *abibat in domum ipſius in civitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſtrangulabat ſe, & moriebatur.* Sic *Ælianus* Var. V, 8. Πολίαγρος δὲ ἀπήγξατο, *Poliager vero ſe ſtrangulabat.* Et *Plutarchus* Theſ. p. 8. de Ariadne: Ὁ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαι φασὶν αὐτὴν, ὑπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως. *Alii quidem illam ſe ſtrangulaſſe ajunt a Theſeo relictam.* Vide & *Suidam* in Τί δέ ἀπάγξω, & conf. Matth. XXVII, 5. & ad h. l. Auctores *B. Wolfio* laudatos. Tob. III, 11. ἕως ἀπάγξασθαι, *ad ſuſpendium usque*, vel *ita, ut de ſuſpendio etiam cogitaret.* Vid. ad h. l. *Cl. Henckii* Diſſ. de Uſ. Lib. Apocryph. V. T. in N. T. p. 4. Eſth. XI, 3. ἀπήγχθησαν, *ſtrangulati ſunt.*

Ἀπάγω, abduco. אסיר vinctus, Gen. XXXIX, 22. πάντας τοὺς ἀπηγμένους ſc. εἰς τὸ δεσμωτήριον, *omnes, qui abducti erant in carcer.* אסר vincio, ligo, Gen. XL, 3. ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ εἰς τὸ δεσμωτήριον εἰς τὸν τόπον, ὃν Ἰωσὴφ ἀπῆκτο ἐκεῖ, *poſuit eos in cuſtodiam in carcerem, in locum ipſum, in quem Joſephus abductus erat.* Geneſ XLII, 16. ὑμεῖς δὲ ἀπάχθητε (ſc. εἰς δεσμωτήριον vel φυλακὴν, vid. v. 17.) ἕως τοῦ φανερὰ γενέσθαι τὰ ῥήματα ὑμῶν, *vos autem abducamini in cuſtodiam, usque dum manifeſta fiant verba veſtra* הביא בוא hiph. a venire facio, 1 Reg. XX, 8. הגלה hiph. deporto. 4 Reg. XVII, 28. הוביל hiph. a יבל *Al.* Eſ. XXIII, 7. ἀπάξουσιν αὐτὴν οἱ πόδες αὐτῆς πόρρωθεν εἰς ἀποικίαν, *abducent illam pedes ipſius in captivitatem.* Conf. quæ ex profanis notat *Porſchberger* Theocrit Script. S. illuſtr. p. 58. הולין hiph. a ילך abire facio, Deut. XXVIII, 36. Thren. III, 2. הוריד deſcendere facio, hiph. a ירד Jud. XVI, 22. השיב hiph. a שוב redire facio, 1 Reg. VI, 7. ישׁשׁ propr. decrepitus, 2 Par. XXXVI, 17. נהג Gen. XXXI, 18. 26. הוללים plur. contumulatores, i. e. qui in tumulum omnia redigunt, Pſ. CXXXVI, 4. Ep. Jer. 15. ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγμένῳ, *tanquam illi, qui ad ſupplicium ductus eſt. Moſchopulus:* Ἀπάγεται κυρίως ἐπὶ ἐκκλασίας, ἢ ἐπὶ καταδίκων, οἷον, ἀπάγεται τὴν ἐπὶ θάνατον. Ἀπάγεται, *proprie de captivis dicitur, vel condemnatis, ut in illo:* Ἀπάγεται, ducitur ad ſupplicium. Sic & *Philoni* in Flacc. p. 671. ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, *dicuntur, qui ducebantur ad ſupplicium.* Saepe & abſolute ἀπάγεσθαι dicitur pro ἀπάγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, vel εἰς

θάνατον. Inde *Hesychius*: Ἀπάγιθαι, εἰς θάνατον ἑλκυσθαι. Ἀπάγιθαι, *ad supplicium rapi*. Et Gloss. Brem. Ἀπαχθῆναι, ἀπενεχθῆναι τὴν ἐπὶ θάνατον Ἀπαχθῆναι, *ad mortem abduci*. Ita Act XII, 19 ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Similiter *Ælianus* Var. XIII, 34. τὸν Λέοντα ἐκέλευσεν ἀπάγειν, *Leonem mandavit* (Satellitibus) *ut abducerent*. Conf. præter Auctores, ad Act. l. c. *Wolfio* citatos, *Des. Heraldum* Adv. Lib. I. c. 11. p. 63. & *Ottium* Spicil. ex *Josepho* ad N. T. p. 289.

Ἀπαγωγὴ, abductio, abductio in carcerem vel captivitatem, captivitas. אסיר vinctus. Es. X, 4. τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἀπαγωγήν, *ne incidat in captivitatem*. Es. XIV, 7. τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ (sc. ὄντας) οὐκ ἔλυτε, *captivos non dimisit*. Lex. *Cyrilli* Ms. Brem Ἀπαγωγῆς, αἰχμαλωσίας. Ἀπαγωγῆς, *captivitatis*. 3 Esdr VIII, 27 ἢ ἀργυρικῇ ζημίᾳ ἢ ἀπαγωγῇ, *sive pecuniæ mulctatione, sive abductione in carcerem*. Sir. XXXVIII, 21. ἀπαγωγὴ de *abductione mortui* usurpatur.

Ἀπαδικέω, injuste retineo. עשׁק opprimo, vi vel fraude, Deut. XXIV, 14. juxta *Rom.* ed. οὐκ ἀπαδικήσεις μισθὸν πένητος, *non injuste retinebis mercedem pauperis*.

Ἀπαιδευσία, defectus disciplinæ, procacitas זעם indignatio, ira, Os. VII, 15. δι' ἀπαιδευσίαν γλώσσης, *ob linguæ procacitatem*, qua ille expers quasi disciplinæ est, vel nulla regitur disciplina. אין מוסר sine disciplina, *Sym.* Prov. V, 23. *Incert.* Prov. XX, 1. Sir. IV, 28. περὶ τῆς ἀπαιδευσίας σου ἐντράπηθι, *pudeat te procacitatis tuæ*. Sir. XXI, 26. ἀπαιδευσία ἀνθρώπου ἀκροᾶσθαι παρὰ θύρας, *hominis male instituti*, vel *male morati est auscultare ad ostium*. Sir. XXIII, 14. ἀπαιδευσίαι ἀσυφῆ μὴ συνηθίζῃς τὸ στόμα σου, *procacitati temerariæ non assuescas ostium*. Vulgatus vertit: *Indisciplinatæ loquelæ non assuescas os tuum*.

Ἀπαίδευτος, non institutus, ineruditus, indoctus, insulsus, stolidus. אין מוסר sine castigatione, Prov. V, 23. בליעל nequam, *Theod.* 1 Reg. I, 16. *Sym.* Jud. XIX, 22. בעל מזמות magister sceleratarum cogitationum, Prov. XXIV, 8. כסיל insipiens, stultus, Prov. VIII, 5. XV, 15. לא נכסף non affectus desiderio, Soph II, 1. לץ derisor, Prov. XV, 13. נבל stultus, Prov XVII, 22. סיר spina, vepres, *Symmach* Eccles. VII, 6. Sir. X, 3. βασιλεὺς ἀπαίδευτος, *rex insipiens* Sir. LI, 31 ἐγγίσατε πρὸς μοι ἀπαίδευτοι, *accedite ad me indocti*. *Hesychius*: Ἀπαίδευτον, ἀμαθῆ. Ἀπαίδευτον, *indoctum* Lex. vet. Ἀπαίδευτος, *indoctus, ineruditus, rudis*.

Ἀπαίρω discedo, revertor, proficiscor, tollo, aufero, exire facio. נסע hiph. transfero, Gen. XXVI, 22. מחנה castra.

castrametor, Num. IX, 18. ילך eo, 3 Reg. XX 9 ἀπῆραν οἱ ἄνδρες, *revertebantur viri. Phavorinus:* Ἀπῆραν, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ ἀλλοτρίου τόπου, εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπανεστράφησαν. Ἀπῆραν, *ex peregrino loco in proprium locum revertebantur.* Idem verba *Aristidis* subjungit, quibus vox eo sensu occurrit. נסע proficiscor, Gen XXXV, 16. ἀπάρας δὲ Ἰακὼβ ἐκ Βαιθὴλ, *discedens autem Jacob ex Bethel.* Vid & Gen. XLVI, 1. Exod. XII, 37. ἀπῆραν δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ Ῥαμεσσῆ, *proficiscebantur filii Israël ex Ramesse.* Vid. & Exod. XVI, 1. Num. XX, 22. Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀπῆραν, ὤδευσαν. Ἀπῆραν, *proficiscebantur* Inde corrigendus *Hesychius*, apud quem vulgo ita: Ἀπῆραν, ὤδευσαν. הסיע hiph. proficisci facio, Psalm. LXXVII, 30. ἀπῆρε νότον ἐξ οὐρανοῦ, *exire fecit austrum e cœlo.* Ibid. v. 57. ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, *exire fecit tanquam oves populum suum.* נפוש niph. a פוש diffundo me, Nah. III, 18. עבר transeo. Deut. II, 13. רום essero me, Ezech. X, 4. 15. *Hesychius:* Ἀπάιρει, ὁδεύει, ἀποδημεῖ. ἀναχωρεῖ. Ἀπάιρει, *iter facit. Peregre proficiscitur. Secedit.*

Ἀπαιτέω, repeto, requiro, postulo, exigo. משא debitum, Neh. V, 7. ἀπαιτήσει ἀνὴρ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἃ ὑμεῖς ἀπαιτεῖτε; *num rectum est, quod aliquis a fratre suo exigat, quæ vos exigitis?* נגש exigo, exigendo arcto, Deut. XV, 2. ἀφήσεις πᾶν χρέος ἴδιον, ὃ ὀφείλει σοι πλησίον, καὶ τὸν ἀδελφόν σου οὐκ ἀπαιτήσεις, *omne debitum proprium, quod tibi debet proximus, remittes, nec a fratre tuo exiges.* Vid. & v. 3. Sic *Andocides:* Ταῦτα ὑμᾶς εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ. *Hæc a vobis, si vultis, peto, si vero non vultis, exigo.* Locum observavit *Boisius* in Collat. ad Luc. VI, 30. p. 200. Es. IX, 4. τὴν γὰρ ῥάβδον ἀπαιτούντων διεσκέδασεν, *virgam enim exactorum in multas partes contritam dispersit.* נשה debeo *Sym.* Es. XXIV, 2. *Aqv.* Es. III, 12. Sap. XV, 8. τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος, *animæ repetitus debitum*, i. e. ut bene exponitur in Lex. *Pasoris, naturæ debitum reddere coactus.* Sir. XX, 15. σήμερον δανιεῖ, καὶ αὔριον ἀπαιτήσει, *hodie mutuabit, & cras repetet.* Conf. Luc VI, 30. XII, 20. & quæ ad posteriorem locum ex *Arriano* & *Cicerone* notat *Raphelius* p. 207. Sir. XXXI, 12 μέριμνα ἀργυπνίας ἀπαιτήσει νυσταγμὸν, *cura insomnis requiret dormitationem.* Sed vide *Cl. Grabium* Proleg. in LXX. Int. T. IV. c. 4. §. 6. ubi pro ἀπαιτήσει legendum censet ἀπωθήσει, illudque veteri inpretationi, *avertit*, congruum esse putat.

Ἀπάιτησις, repetitio, exactio. בשת pudor, Soph. III, 6. οὐκ ἔγνω ἀδικίαν ἐν ἀπαιτήσει, *nescivit injustitiam in repetitione.* Interpres pro בשת hic procul dubio aliter legit, & fortasse בשאת, quod est infin. Kal cum præf. ב, a נשא *aufero.*

In Cod. *Alex.* aliter verba redduntur Vide in Διαφθορὰ & Νῖκος. משא debitum, mutuum, Neh. V, 10. X, 31.

Ἀπαλίφω, deungo, it. deleo, abſtergo. מחה Gen. VI, 7. 4 Reg. XXI, 13. Eſ. XLIV, 22.

Ἀπαλλάτω, libero, liberum dimitto, dimoveo, ſeparo. בחר propr. eligo, Job. VII, 15. ἀπαλλάξειν ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου, *ſeparabis a ſpiritu meo animam meam.* הוביל hiph. deduco, Job. X, 19. διατί γὰρ ἐκ γαστρὸς εἰς μνῆμα ἐκ ἀπηλλάγην; *curenim ex utero in ſepulchrum non diſceſſi.* הסיר hiph. a סור recedere facio, Job. IX, 34. ἀπαλλαξάτω ἀπ' ἐμοῦ τὴν ῥάβδον, *liberet me virga* Job. XXVII, 5. ὁ γὰρ ἀπαλλάξω μου τὴν ἀκακίαν μου, *non enim liberabo me innocentia mea*, vel *non recedam ab innocentia mea.* Job. XXXIV, 5. ὁ Κύριος ἀπήλλαξέ μου τὸ κρίμα, *Dominus dimovit a me judicium*, i. e. me non abſolvit in judicio. Jer. XXXII, 31. ἀπαλλάξαι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ προσώπου μου, *ut dimoveam illam a conſpectu meo.* הסתיר hiph. abſcondo, Job. III, 10. ἀπήλλαξε γὰρ ὃν τρόπον ἀπὸ ὀφθαλμῶν μου, *abſtulit enim moleſtiam ab oculis meis.* השמיר hiph. a שמר perdo, Eſ. X, 7. ἀλλ' ἀπαλλάξαι (legend. videtur ἀπαλλάξαι) ὁ τοῦς αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἔθνη οὐκ ὀλίγα, *ſed in animo habet dimovere, & funditus exſtirpare gentes non paucas.* חטף rapio, Job. IX, 12. ἐὰν ἀπαλλάξῃ, τίς ἀποστρέψει; *ſi dimoveat, quis faciet ut revertatur?* עכר conturbo, 1 Reg XIV, 29. פרץ disrumpo, Exod. XIX, 22. μήποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν Κύριος (fortaſſe ψυχὴν ſubintelligend. Conf. Job. VII, 15.) *ne ſeparet ab illis Dominus animam.* Sap. XII, 2. ἀπαλλαγέντες τῆς κακίας, *liberati malitia.* Vid. & v. 20. *Phavorinus:* Ἀπαλλάττειν, λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ῥύεσθαι, καὶ λυτροῦν. συνταττόμενον γενικῇ. οἷον· ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν. Ἀπαλλάττειν. *dicitur etiam pro liberari, & redimere. Ut in illo:* „ *Libero te malis*".

Ἀπαλλοτριόω, abalieno. השבית hiph. ceſſare facio, Joſ. XXII, 25. זור: נור: הור Kal. niph. & hoph. abalieno me, alienus fio, Pſ. LXVIII, 11. ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, *peregrinus factus ſum fratribus meis.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem Ἀπηλλοτριωμένος, ξένος Ἀπηλλοτριωμένος, *peregrinus.* Vid. & Eſ. I, 4. Ezech. XIV, 5. נור ſeparo, Ezech. XIV, 7 Oſ. IX, 12. נכר pih. alieno, it. agnoſco, Job. XXI, 29. Jer. XIX, 4. עיר ſolitarius, ſine liberis, *Theod.* Jer. XXII, 29. ἀπηλλοτριωμένον, *abalienatum.* Sir. XI, 32. ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου, *abalienabit te a propriis tuis.*

Ἀπαλλοτρίωσις, abalienatio. זמה propr. ſcelus, Jer. XIII, 17. נשר alienum quid, i. e. inſolitum exitium, Job. XXXI, 3.

Ἀπα-

Ἁπαλὸς, mollis, tener, parvus, delicatus. רך Gen. XVIII, 7. ἔλαβεν ἁπαλὸν μοσχάριον, *cepit tenerum vitulum.* Deut. XXVIII, 54. ὁ ἁπαλὸς ὁ ἐν σοὶ καὶ ὁ τρυφερὸς σφόδρα, *tener, qui in te eſt & valde delicatus.* Vid. & v. 57. *Heſychius:* Ἁπαλὸς, μικρὸς, τρυφερός. Ἁπαλὸς, *parvus, delicatus.* 1 Par. XXIX, 1. Σαλομὼν υἱὸς καὶ ἁπαλὸς, *Salomon puer & tener.* Sic Ælianus Var. III, 42. Λευκίππης παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα, καὶ νηπιῶδες διεσπάσαντο εἶα νεβρὸν, *Leucippæ filium tenerum adhuc, & juvenculum, deſcerpſerunt, quaſi hinnulum.* כרמל & אביב junctim. *Aqv.* Lev. II, 14. ἁπαλὰ λάχανα, *olera recentia.* Sap. XV, 7. κεραμεὺς ἁπαλὸν γῆν θλίβων, *figulus terram mollem comprimens.*

Ἁπαλότης, mollities, teneritudo. יניקות plur. teneri rami, Ezech. XVII, 4. τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκοπεν, *extremitates tenerorum ramorum decerpſit.* Conf. Marc. XIII, 28. quæ hic ἁπαλότης dicitur, κλάδος ἁπαλὸς vocatur. נתק propr. avello, Ezech. XVII, 9. רך Deut. XXVIII, 56.

Ἁπαλόω, mollio, mollem reddo. רכך molleſco, Jer. LI, 46.

Ἁπαλύνω, emollio. רחם pyh. recreor, Job. XXXIII, 25. רכך 4 Reg. XXII, 19. Pſ. LIV, 24. *Sym.* Eſ. I, 6. ἀπαλυνομένη ἐλαίῳ.

Ἀπαναίνομαι, renuo, recuſo, ægre fero, repudio, repello. מאן pih. Pſ. LXXVI, 3. ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου, *renuebat admitti ſolatium anima mea. Suidas:* Ἀπηνήνατο, ἀπηρνήσατο, παρητήσατο, οὐκ ἠθέλησεν. Ἀπηνήνατο, *renuebat, recuſabat, non volebat.* Vid. & Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀπηνήνατο, ἀπηρνήσατο, οὐκ ἠθέλησεν. Conf. Matth. II, 18. מאן Job. V, 17. παιδείαν δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου, *admonitionem vero omnipotentis ne reſpuas.* Sir. IV, 4. ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου, *ſupplicantem afflictum non repudia*, vel *avertas te* ab illo. Sir. VI, 25 μὴ ἀπαναίνου τὴν συμβουλίαν μου, *conſilium meum non repudia.* Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Μὴ ἀπαναίνου, μὴ παραιτοῦ, μὴ ἀποστρέφου. Μὴ ἀπαναίνου, *ne recuſes, ne avertas te. Heſychius:* Ἀπαναίνεται, ἀπαρνεῖται, ἀπαρίσκεται. Ἀπαναίνεται, *reſpuit, ægre fert.* Sir. XLI, 7. τί ἀπαναίνῃ ἐν εὐδοκίᾳ ὑψίστου, *quid eſt, quod avertat* (ſc. κρίμα θανάτου, *judicium mortis*) *ſi pro Dei beneplacito veniat.*

Ἀπαναισχυντέω, valde impudenter ago, impudentiæ indulgeo, impudentia ſutor. מאן הכלם renuo erubeſcere, Jer. III, 3. ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας, *frontem meretricis præ te tuliſti, valde impudenter egiſti ad verſus omnes.*

Sic *Alciphron* Lib. I. Epiſt. 33 p. 136. ἀπαιδαισχυντήσασα δὲ εἰς τὸ φῦκός με καὶ τὸν παιδίσκα ἴσκωπλιν, *impudentiæ vero indulgens, infucum me & pæderotem dicteriis inceſſebat.* Et *Heliodorus* Lib. VIII. p. 370. λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν, ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαιδαισχυντοῦσι, *cum latenter ſe agere putant, etiam erubeſcunt, cum vero deprehenduntur, impudentia utuntur.* Vid. & quæ ex *Demoſthene* ad *Alciphronem* l. c. notat Doct. *Berglerus.*

Ἀπανίστημι, abſiſto. Sap. I, 5.

Ἀπαντάω, occurro, reſiſto, irruo, invehor, obvenio, evenio. פגע Jud. XV, 12. ὀμόσατέ μοι, μὴπερ ἀπαντήσητε ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς, *jurate mihi, quod vos non velitis mihi reſiſtere,* 1 Reg. XXII, 18. ἀπάντα εἰς τοὺς ἱερεῖς, *irrue in ſacerdotes.* 2 Reg. I, 15. προσιλθὼν ἀπάντησον αὐτῷ, *accedens irrue in illum.* Vid. & 3 Reg. II. 35. פגש Gen. XXXIII, 8. Of. XIII, 8. קרא (א pro ה) Gen. XLIX, 1. τί ἀπαντήσει ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, *quid eventurum ſit vobis in diebus noviſſimis.* Jer. XIII. 12. διὰ τί ἀπήντησέ μοι ταῦτα; *quare hæc mihi obvenerunt?* קרה 1 Reg. XXVIII, 10. Dan. X, 14. לקראת in occurſum, *Sym.* 1 Reg. XVI, 4. שים pono, 1 Reg. XV, 2 Sir. XXXI, 22. πᾶν ἀῤῥώστημα ὃ μή σοι ἀπαντήσῃ, *omnis infirmitas tibi non contingat.* Vid. & Sir XXXIII, 1. Sir. XLIII, 27. δρόσος ἀπαντῶσα ἀπὸ καύσωνος, *ros obveniens poſt ardorem.* 1 Macc. X, 56. ἀπάντησον εἰς Πτολεμαΐδα, *occurre in Ptolemaïda.* 2 Macc. VII, 39. τούτῳ παρὰ τοὺς ἄλλους χειρίστως ἀπήντηται, *in hunc peſſime præter alios invectus eſt.*

Ἀπάντημα, occurſus. פגע 3 Reg. V. 4. Eccleſ. IX, 11. קצב ſucciſio, exitium, *Aqv.* Of. XIII, 14.

Ἀπάντησις, idem, Sir. XIX, 25. ἀπὸ ἀπαντήσεως προσώπου ἐπιγνωσθήσεται τρόπων, *ab aſpectu* vel *habitu oris cognoſcetur intelligens.* 2 Macc. XII, 30. ἣν ἐν τοῖς τῆς ἀτυχίας καιροῖς ἥμερον ἀπάντησιν ἐποιοῦντο, *quam humaniter temporibus calamitoſis ſecum egerint.* 2 Macc. XV, 12. εἰδέμονα μὲν τὴν ἀπάντησιν, id eſt, κατὰ τὴν ἀπάντησιν, *venerabilem quidem aſpectu.*

Εἰς ἀπάντησιν, in occurſum, obviam. אל פני ad faciem, 2 Par. XIX, 2. לפני idem, 1 Par. XII, 17 לקראת in occurſum, Jud. IV, 18. 22. & alibi ſæpius. לראות ad videndum, 1 Reg VI, 13. מפני *Aqv. Sym. Theod* Job. XXXIX, 22. אל תא in excubitorium, 2 Par. XII, 11.

Ἅπαξ, ſemel. אחת fœm. unum, Exod. XXX, 10. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, *ſemel in anno* Vid. & Lev. XVI, 34. Pſalm. LXI, 11. Poſteriorem locum ſpectans *Suidas* ita: Ἅπαξ ἀλλά-

ἐλάλησεν ὁ Θεὸς ἀντὶ τοῦ ἀποφατικῶς, ἢ παντελῶς. τὸ ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πάντως ἐσομένου. Semel locutus eſt Deus, *id eſt verbis diſertis, vel omnino. Τὸ ἅπαξ enim non dicitur de numero, ſed de eo quod omnino & certo futurum eſt.* Cl. *Kuſterus* not ad *Suid.* male hic illum reſpicere putat ad Hebr. I, 1. Eodem ſenſu *Thucydidem* vocem ἅπαξ uſurpaſſe ex Scholiis ejusdem docet *Cl. Wollius* Diſſ. de Vera Fictaque Partic. Emphaſi p. 308. פעם vice, Neh. XIII, 74. ἅπαξ καὶ δίς, *ſemel atque iterum.* Ita & Phil. IV, 16. אחת פעם una vice, Joſ. VI, 3. 1 Reg. XXVI, 8. הפעם hac vice, Jud. XV, 3. XVI, 19. אך הפעם tantum hac vice, Jud. XVI, 29.

Ἔτι ἅπαξ, adhuc ſemel. עוד אחת Agg. II, 7 אך הפעם tantummodo hac vice, Gen. XVIII, 32. Jud. VI, 39. רק הפעם idem, Jud. VI, 39.

Ὡς ἅπαξ καὶ ἅπαξ, ſicut ſemel & ſemel. כפעם בפעם ſicut vice in vicem, i. e. hac vice, ſicut antea, Jud. XVI, 21. 1 Reg. III, 10.

Καθὼς ἅπαξ καὶ ἅπαξ, ſicut ſemel & ſemel. כפעם בפעם Jud. XX, 31.

Τὸ ἅπαξ τοῦτο, hac vice. הזאת בפעם 2 Reg. XVII, 6.

Ἀπαραίτητος, inevitabilis, q. d. indeprecabilis. Sap. XVI, 4. ἀπαραίτητον ἔνδειαν, *inevitabilem inopiam. Heſychius:* Ἀπαραίτητον, ἄφυκτον, ὃ ἢ δύναται τις παραιτήσασθαι. Ἀπαραίτητον, *quod fugere aliquis, quod deprecari* vel *evitari non poteſt.*

Ἀπαραιτήτως, inevitabiliter. Sap. XVI, 16.

Ἀπερασμάιτος, non deſignatus, non celebratus. 2 Macc. XV, 36. μηδαμῶς ἐᾶσαι ἀπερασμάιτον τὴν δὲ τὴν ἡμέραν, *nullo modo diem illum absque celebritate miſſum facere.* Lex Cyrilli MS. Brem. Ἀπερασμάιτα, ἀφύλακτα. Ἀπερασμάιτα, *non obſervata.*

Ἀπαρίσκω, diſpliceo. Sir. XXI, 17. ἀπηρίσω αὐτῷ, *diſplicuit ipſi.*

Ἀπαρνέομαι, abnego. מאס ſperno, Eſ XXXI, 7. ἀπαρνήσονται οἱ ἄνθρωποι τὰ χειροποίητα, *abnegabunt homines manu facta.*

Ἄπαρσις, profectio, diſceſſus. מוצא proceſſus, exitus, Num. XXXIII, 2.

Ἀπαρτία, ſupellex, ſarcina, impedimenta, it. minor familia, infantes, liberi. טירה palatium, Ezech XXV, 4. טף minor familia, infantes, liberi, Num. XXXI, 17. πᾶν ἀρσε-

ἀρσενικὸν ἐν πάσῃ τῇ ἀπαρτίᾳ ἀποκτείνατε, *omnem maſculum in omni minori familia occidite.* Ibid. v. 18. πᾶσαν τὴν ἀπαρτίαν τῶν γυναικῶν, ἥτις οὐκ οἶδε κοίτην ἄρσενος, ζωγρήσατε αὐτάς, *omnem minorem familiam ſexus fœminei, cui nulla res fuit cum viro, in vita ſervate.* LXX. alias pro hac voce vocem ἀποσκευή eodem ſenſu uſurpant. Vide infra ſ. l. *Bonfrerii* de hac voce ſententiam vid in Comm. ejus ad Num. l. c. p. 877. יסע profectio, Exod. XL, 33. σὺν τῇ ἀπαρτίᾳ αὐτῶν *cum impedimentis ſuis.* Vid. & Num. X, 12. שלל præda, ſpolium, Deut. XX, 14. καὶ πᾶσαν τὴν ἀπαρτίαν προνομεύσεις σεαυτῷ, & *omnia impedimenta diripies tibi. Heſychius*: Ἀπαρτίας. (leg. Ἀπαρτίαν.) μετάθεσιν, ἀποσκευήν, τέλος, ἀπαρτισμόν. Ἀπαρτίαν, *tranſitionem, impedimenta, numerum, ſummam.* Gloſſ. in Octateuch. & Lex. *Cyrilli* MS. Brem. Ἀπαρτίαι, τέλος, ἀπαρτισμόν. Conf. & Judith. II, 13. ἔλαβε καμήλους καὶ ὄνους εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν, *ſumebat camelos & aſinos ad ſarcinas illorum.* Vid. & Judith. III, 10.

Ἀπαρτίζω, perficio, perfectum reddo, conſumo. נמר deficio, *Sym.* Pſalm. VII, 10. ἀπαρτισθήτω κάκωσις τῶν ἀσεβῶν, *conſumatur vexatio impiorum.* כונן pih. a כון apto, *Sym.* Pſ. CXVIII, 73. ἀπήρτισάν με, *perfecerunt me.* בלה conſumor, perficior, *Sym.* 1 Reg. XX, 7. שלם integer, *Aqv.* Gen. XXXIV, 21. & Amos. I, 6. ἀπηρτισμένοι, *conſummati, perfecti Heſychius*: Ἀπαρτίζει, τελειοῖ. Ἀπαρτίζει, *perficit. Suidas*: Ἀπαρτῆσαι, τὸ κρεμάσαι. ἀπαρτίσαι δὲ τὸ τελειῶσαι. Inde corrigendus & ſupplendus videtur *Heſychius*, apud quem vulgo ita legitur: Ἀπαιτῆσαι, χωρῆσαι, διαῆσαι, πληρῶσαι. Repone: Ἀπαρτῆσαι, χωρίσαι, (conf. *Heſych* v. Διαῆσαι) διαῆσαι. Ἀπαρτίσαι, πληρῶσαι. Plura de v. Ἀπαρτίζω vide apud *Suicerum* Theſ. T. I. p. 422.

Ἀπάρτισμα, cacumen, ſummitas. טפחות plur. ex טפח palmus, *Sym.* 3 Reg. VII, 9.

Ἀπαρχή, primitiæ, it. optimum, præſtantiſſimum, it. oblatio. חלב a deps, præcipuum, præſtantiſſimum, Num. XVIII, 12. πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου, καὶ πᾶσα ἀπαρχὴ οἴνου, *omnes primitiæ olei, & omnes primitiæ vini.* Vid. & v. 29. 30. 32. Hic LXX. חלב quod proprie *adipem*, & metaphorice *optimum, præſtantiſſimum* notat ἀπαρχὰς, *primitias* reddunt, quod in primitias adipem quaſi frugum, ſive optimas & præſtantiſſimas fruges olim eligebant. *Scholiaſtes Euripidis* in Oreſt. v. 96. Ἀπαρχὴ ἐλέγετο ὁ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν καὶ ἀπαρχὰς καρπῶν προσῆγον οἱ παλαιοὶ, καὶ ὠνόμαζον, τὰ κριθίνα ἐκλεγόμενοι *Primitiæ vocabantur non ſolum primum ordine, ſed & primum pretio. Unde & primitias frugum afferebant*

ferebant antiqui, & ita nominabant, quod præſtantiſſima ſelegerant. מעשר decima, Deut. XII, 6. עון iniquitas, Num. XVIII, 1. ubi tamen *Al.* pro ἀπαρχὰς rectius ἁμαρτίας. ראשׁית principium, Exod. XXIII, 19. Lev. XXIII, 10. Num. XV, 18. *Al.* 1 Reg. XV, 21. τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἐξολεθρεύματος. *præſtantiſſima ex iis, quæ diris devota ſunt.* שאת נשא infin. a Ezech. XX, 31. תנופה agitatio, Eſ. XXXVIII, 24. תרומה oblatio, Exod. XXV, 3. αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ, *hæc eſt oblatio.* Vid. & Ezech. XX, 40. XLV, 7. Unde Gloſſ. MS. in Ezech. Τὰς ἀπαρχὰς, ἀφαιρέματα. Τὰς ἀπαρχὰς, *quæ in oblationem ſeparantur.* Conf. 2 Reg. I, 21. ubi ἀγροὶ ἀπαρχῶν *Aquilæ* ſunt ἀγροὶ ἀφαιρεμάτων. Unde & apud *Heſychium*: Ἀπαρχὴ, προσφορὰ, ἀφαίρεμα. Ἀπαρχὴ, *oblatio, quod in oblationem ſeparatur.*

Ἀπαρχαὶ ἄλωνος καὶ ληνοῦ, primitiæ areæ, & torcularis. מלאה ורמע plenitudo, & lacryma, Exod. XXII, 29.

Ἀπάρχομαι, primitias do, offero. הרים hiph. a רום elevo, offero, 2 Par. XXX, 24. Ἐζεκίας ἀπήρξατο τῷ Ἰούδᾳ, *Ezechias primitias dabat Judæ.* Vid. & 2 Par. XXXV, 7. 9. *Heſychius*: Ἀπήρξατο, ἀπαρχας ἔδωκεν. Ἀπήρξατο, *primitias dabat.* הרים לנרבה offero in ſacrificium voluntarium, 2 Par. XXXV, 8. ראשׁית primitiæ, Prov. III, 9. ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν δικαιοσύνης, *primitias offer ipſi fructuum juſtitiæ. Heſychius*: Ἀπάρχου, τὰς ἀπαρχὰς προσφέρει. Ἀπάρχου, *offer primitias.*

Ἅπας, ἅπασα, ἅπαν, omnis, omne. כלי vas, vaſculum, Prov. XXV, 4. כליל totum, integrum, Lev. VI, 22. Καθ' ἅπαν, omnimode, omni ex parte. 2 Macc. XV. ὁ καθ' ἅπαν σώματι καὶ ψυχῇ προταγωνιστὴς ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, *qui totus & corpore & anima princeps erat pro civibus pugnandi.*

